



N. R. Ceder

Scriptorium  
NEVUM  
1993

Copyright © 1993 by Naomi R. Ceder

As of August 2025 this book is released under the following Creative Commons license:

Tertius Libellus: Readings for Latin III © 1993 by Naomi R Ceder is licensed under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 4.0 International. To view a copy of this license, visit <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/>

Design and Typesetting by B. L. Brys

SECTION • ONE  
**PERSEUS**

Lesson I  
    The Story Of Perseus ..... 8  
    Cases and Declensions - Review ..... 10  
Lesson II  
    Perseus (continued) ..... 12  
    Pronouns - Personal & Demonstrative ..... 15

SECTION • TWO  
**ROMAN HISTORY**

Lesson III  
    The Earliest Beginnings of Rome ..... 18  
    Verb Tenses - Present, Imperfect, & Future ..... 20  
Lesson IV  
    Romulus and Remus ..... 23  
    Relative, Interrogative, & Indefinite Pronouns ..... 25  
Lesson V  
    The Sabine Women ..... 27  
    Verb Tenses and Forms - Perfect System ..... 29  
Lesson VI  
    Tullus Hostilius ..... 31  
    Participles ..... 34  
Lesson VII  
    Horatius Cocles ..... 35  
Lesson VIII  
    Hannibal ..... 37  
    Subjunctives - Present & Imperfect ..... 39  
Lesson IX  
    Quintus Fabius Maximus ..... 41  
    Subjunctives - Perfect & Past Perfect ..... 43

Lesson X	
Publius Cornelius Scipio Africanus .....	45
Irregular Verbs .....	47
Lesson XI	
Scipio Africanus, (continued) .....	49
Comparatives, Superlatives, & Adverbs .....	51
Lesson XII	
Gnaeus Pompeius Magnus .....	53
Cases - Part I .....	55
Lesson XIII	
Gaius Iulius Caesar .....	57
Cases - Part II .....	59
Lesson XIV	
“Veni, Vidi, Vici” .....	61
Lesson XV	
Caesar’s Assassination .....	63
Participles .....	65
Lesson XVI	
Marcus Tullius Cicero .....	66
Infinitives .....	68
Lesson XVII	
Cicero - Part 2 .....	70
Participles, continued .....	72
Lesson XVIII	
Cicero’s Speech Against Cataline .....	73
Pronouns .....	75
Lesson XIX	
Res Gestae Divi Augusti .....	76
Tenses .....	78
Lesson XX	
Pugna Phillipica .....	79
Subjunctives - used as main verb .....	81
Lesson XXI	
Bellum Actiacum .....	82
Sequence of Tenses .....	84
Subordinate Clauses with the Subjunctive .....	84

SECTION • THREE  
PLINY

Lesson XXII	
Epistula 30 .....	88
Relative Clauses .....	90
Lesson XXIII	
Epistula 31 .....	91
Direct vs. Indirect Discourse .....	93
Lesson XXIV	
Epistula 59 .....	95
“Cum” clauses .....	98
Lesson XXV	
Epistula 90 .....	99
Summary of Purpose Expressions.....	101

SECTION • FOUR  
OVID

Lesson XXVI	
Deucalion & Pyrrha .....	104
Lesson XXVII	
Apollo & Daphne .....	108
Lesson XXVIII	
Icarus .....	112

SECTION • FIVE  
**VERGIL**

Lesson XXIX  
    Aeneid Book I, Lines 1-100 ..... 116

Lesson XXX  
    Aeneid Book I, Lines 101-173 ..... 120

Lesson XXXI  
    Aeneid Book I, Lines 310-414 ..... 123

Lesson XXXII  
    Aeneid Book I, Lines 561 -617; 748-756 ..... 127

Lesson XXXIII  
    Aeneid Book II, Lines 1-39 ..... 130

Lesson XXXIV  
    Aeneid Book II, Lines 40 -80; 108 -198 ..... 132

Lesson XXXV  
    Aeneid Book II, Lines 199-297; 370-401; 499-563;721-795 ..... 137

**METER**

Latin Meter ..... 148

**INDEX**

Index ..... 152

SECTION • ONE

P E R S E U S

## Lesson I

## THE STORY OF PERSEUS

*Set Adrift*

Haec narrantur a poetis de Perseo. Perseus filius erat Iovis, maximi deorum. Avus eius Acrisius appellabatur. Acrisius volebat Perseum, nepotem suum, necare; nam propter oraculum puerum timebat. Comprehendit igitur Perseum, adhuc infantem, et cum matre in arca lignea inclusit. Tum arcam ipsam in mare coniecit. Danae, Persei mater, magnopere territa est; tempestas enim magna mare turbabat. Perseus autem in sinu matris dormiebat. 5

Iuppiter tamen haec omnia vidit, et filium suum servare constituit. Fecit igitur mare tranquillum, et arcam ad insulam Seriphum perduxit. Huius insulae Polydectes tum rex erat. Postquam arca ad litus appulsa est, Danae in harena quietem capiebat. Post breve tempus a piscatore quodam reperta est, et ad domum regis Polydectis adducta est. Ille matrem et puerum benigne excepit, et sedem tutam in finibus suis dedit. Danae hoc donum libenter accepit, et pro tanto beneficio regi gratias egit. 10

*Perseus Sent on his Travels*

Perseus igitur multos annos ibi habitavit, et cum matre sua vitam egit beatam. At Polydectes Danaen magnopere amabat atque eam in matrimonium ducere volebat. Hoc tamen consilium Perseo minime gratum erat. Polydectes igitur Perseum dimittere constituit. Tum iuvenem ad se vocavit et haec dixit: "Turpe est vitam hanc ignavam agere; iam dudum tu adulescens es; quousque hic manebis? Tempus est arma capere et virtutem praestare. Hinc abi, et caput Medusae mihi refer." 20

Perseus, ubi haec audivit, ex insula discessit et, postquam ad continentem venit, Medusam quaesivit. Diu frustra quaerebat, nam naturam loci ignorabat. Tandem Apollo et Minerva viam demonstraverunt. Primum ad Graeas, sorores Medusae, pervenit. Ab his talaria et galeam magicam accepit. Apollo autem et Minerva falcem et speculum dederunt. Tum postquam talaria pedibus induit, in aera ascendit. Diu per aera volabat; tandem tamen ad eum locum venit ubi Medusa cum ceteris Gorgonibus habitabat. Gorgones autem monstra erant specie horribili; capita enim earum serpentibus omnino contacta erant; manus etiam ex aere factae erant. 25 30



### *The Gorgon's Head*

Res erat difficillima abscidere caput Gorgonis; eius enim conspectu homines in saxum vertebantur. Propter hanc causam Minerva illud speculum dederat. Perseus igitur tergum vertit, et in speculum inspiciebat; hoc modo ad locum venit ubi Medusa dormiebat. Tum falce sua caput eius uno 35 ictu abscidit. Ceterae Gorgones statim e somno excitatae sunt et, ubi rem viderunt, ira commotae sunt. Arma rapuerunt, et Perseum occidere volebant; ille autem, dum fugit, galeam magicam induit et, ubi hoc fecit, statim e conspectu earum evasit.

### Vocabulary

**ab**, *prep.* - with *abl*, from, by (*agent*)  
**accipio, accipere, accepi, acceptus** - receive  
**ad**, *prep.* - with *acc*, to, towards, at  
**aera, -ae, f.** - air  
**ago, agere, egi, actus** - do, drive  
**arca, -ae, f.** - box, trunk  
**autem, conj.** - moreover, however  
**avus, -i, m.** - grandfather  
**beneficium, -i, n.** - kindness, benefit  
**capio, capere, cepi, captus** - take  
**caput, capitis, n.** - head  
**do, dare, dedi, datus** - give  
**domus, i, f.** - house, home  
**enim, conj.** - for (giving reason)  
**ex, prep.** - with *abl*, out of, from  
**habito (1)** - live in, dwell  
**igitur, adv.** - therefore

**in, prep.** - with *abl*, in, on; with *acc*, into  
**insula, -ae, f.** - island  
**locus, -i, m.** - place  
**magnopere, adv.** - greatly, very much  
**mare, -is, n.** - sea  
**mater, matris, f.** - mother  
**postquam, conj.** - after  
**quaero, quaerere, quaesivi, quaesitus** - seek, ask for  
**res, rei, f.** - thing  
**rex, regis, m.** - king  
**speculum, -i, n.** - mirror  
**statim, adv.** - immediately  
**talaria, talarium, n. (plural)** - sandals  
**tum, adv.** - then  
**venio, venio, veni, ventus** - come, go  
**volo, velle, volui, —** - want, wish

### Important Names

Acrisius	Medusa
Apollo	Minerva
Danae	Perseus
Gorgones	Polydectes
Iuppiter	

## English to Latin

1. One day Danae said to her son, "you are living a lazy life. I want you to go and slaughter a monster."
2. Grandfather Acrisius threw Danae and Perseus into the sea in a box, but Perseus slept through the great storm.
3. It is a very difficult matter to chop off the head off a Gorgon, but Perseus looked in the mirror and chopped off Medusa's head with one blow.
4. Gorgons are monsters of horrible appearance; for snakes live on their heads.
5. For a long time Perseus flew through the air and sought Medusa, for he wanted to bring back Medusa's head to king Polydectes.

## CASES AND DECLENSIONS - REVIEW

### Declensions

	First	Second	2nd Neuter	Third	3rd Neuter
			<i>Singular</i>		
<i>Nominative</i>	via	servus	signum	miles	corpus
<i>Genitive</i>	viae	servi	signi	militis	corporis
<i>Dative</i>	viae	servo	signo	militi	corpori
<i>Accusative</i>	viam	servum	signum	militem	corpus
<i>Ablative</i>	via	servo	signo	milite	corpore
			<i>Plural</i>		
<i>Nominative</i>	viae	servi	signa	milites	corpora
<i>Genitive</i>	viarum	servorum	signorum	militum	corporum
<i>Dative</i>	viis	servis	signis	militibus	corporibus
<i>Accusative</i>	vias	sevov	signa	milites	corpora
<i>Ablative</i>	viis	servis	signis	militibus	corporibus

## Declensions, continued

	<b>Fourth</b>	<b>4th Neuter</b>	<b>Fifth</b>
	<i>Singular</i>		
<i>Nominative</i>	casus	cornu	res
<i>Genitive</i>	casus	cornus	rei
<i>Dative</i>	casui	cornu	rei
<i>Accusative</i>	casum	cornu	rem
<i>Ablative</i>	casu	cornu	re
	<i>Plural</i>		
<i>Nominative</i>	casus	cornua	res
<i>Genitive</i>	casuum	cornuum	rerum
<i>Dative</i>	casibus	cornibus	rebus
<i>Accusative</i>	casus	cornua	res
<i>Ablative</i>	casibus	cornibus	rebus

## Case Names and Functions

<b>Case</b>	<b>Function</b>
<i>Nominative</i>	subject or modifying another nominative
<i>Genitive</i>	possessive - "of", "-'s"
<i>Dative</i>	indirect object - "to" or "for"
<i>Accusative</i>	direct object, with prepositions of motion towards
<i>Ablative</i>	means, place, accompaniment, with prepositions of motion away, place where

## Lesson II

**PERSEUS** (continued)*The Sea Serpent*

Post haec Perseus in fines Aethiopum venit. Ibi Cepheus quidam illo tempore regnabat. Neptunum, maris deum, olim offenderat. Neptunus autem monstrum saevissimum miserat. Hoc cotidie e mari veniebat et homines devorabat. Ob hanc causam pavor animos omnium occupaverat. Cepheus igitur oraculum dei Hammonis consuluit, atque a deo iussus est  
5  
filiam monstro tradere. Eius autem filia, nomine Andromeda, virgo formosissima erat. Cepheus, ubi haec audivit, magnum dolorem percepit. Volebat tamen cives suos e tanto periculo extrahere, atque ob eam causam constituit imperata Hammonis facere.

Tum rex diem certam dixit et omnia paravit. Ubi ea dies venit, An- 10  
dromeda ad litus deducta est et in conspectu omnium ad rupem alligata est. Omnes fatum eius deplorabant, nec lacrimas tenebant. At subito, dum monstrum expectant, Perseus accurrit; et ubi lacrimas vidit, causam doloris quaerit. Illi rem totam exponunt et puellam demonstrant. Dum haec geruntur, fremitus terribilis auditur; simul monstrum, horribili specie, 15  
procul conspicitur. Eius conspectus timorem maximum omnibus iniecit. At monstrum magna celeritate ad litus contendit, iamque locum appropinquabat ubi puella stabat.

*The Rescue*

At Perseus, ubi haec vidit, gladium suum rapuit, et, postquam talaria induit, in aera sublatus est. Tum desuper in monstrum impetum subito 20  
fecit et gladio suo collum eius graviter vulneravit. Monstrum, ubi sensit vulnus, fremitum horribilem edidit et sine mora totum corpus sub aquam mersit. Perseus, dum circum litus volat, reditum eius expectabat; mare autem interea undique sanguine inficitur. Post breve tempus, belua rursus caput sustulit; mox tamen a Perseo ictu graviore vulnerata est. Tum iterum 25  
se sub undas mersit, neque postea visa est.

Perseus, postquam in litus descendit, primum talaria exiit; tum ad rupem venit ubi Andromeda vineta erat. Ea autem omnem spem salutis deposuerat et, ubi Perseus adiit, terrore paene exanimata erat. Ille vincula

statim solvit et puellam patri reddidit. Cepheus ob hanc rem maximo 30  
 gaudio affectus est. Meritam gratiam pro tanto beneficio Perseo rettulit;  
 praeterea Andromedam ipsam ei in matrimonium dedit. Ille libenter hoc  
 donum accepit, et puellam duxit. Paucos annos cum uxore sua in ea regione  
 habitavit, et in magno honore erat apud omnes Aethiopes. Magnopere  
 tamen cupiebat matrem suam rursus videre. Tandem igitur cum uxore e 35  
 regno Cephei discessit.

### *The Oracle Fulfilled*

Post haec Perseus cum uxore sua ad urbem Acrisii rediit. Ille autem,  
 ubi Perseum vidit, magno terrore affectus est. Nam propter oraculum istud  
 nepotem adhuc timebat. In Thessaliam igitur ad urbem Larissam statim  
 refugit; frustra tamen, neque enim fatum suum vitavit. Post paucos annos 40  
 rex Larissae ludos magnos fecit; nuntios in omnes partes dimiserat et diem  
 edixerat. Multi ex omnibus urbibus Graeciae ad ludos convenerunt. Ipse  
 Perseus inter alios certamen discorum iniit. At, dum discum coniicit, avum  
 suum casu occidit; Acrisius enim inter spectatores eius certaminis forte  
 stabat. 45

## Vocabulary

**annus, -i, m** - year

**at, conj.** - but

**audio, audire, audivi, auditus** - hear

**causa, -ae, f.** - cause

**conspetus, us, m.** - sight

**conspicio, -spicere, -spexi, -spectus** -  
 catch sight of

**deus, -i, m.** - god

**dies, diei, m. or f.** - day

**dum, conj.** - while, so long as, until

**facio, facere, feci, factus** - make, do

**finis, -is, m.** - border, end

**gladium, -i, n.** - sword

**hic, haec, hoc** - this

**horribilis, -e** - horrible

**ille, illa, illud** - that

**ipse, ipsa, ipsum** - *intensive pronoun,*  
*used to emphasize what it modifies,*

*e.g., dux ipse, "the leader **himself**"*

**is, ea, id** - he, she, it, this, that

**litus, litoris, n.** - shore

**magnus, -a, -um** - large

**ob, prep.** - *with acc*, on account of, in the  
 way of

**omnis, -e** - all, every

**pauci, -ae, -a** - few

**post, prep.** - *with acc*, behind, after

**puella, -ae, f.** - girl

**redeo, redire, redii, reditus** - go back,  
 return

*(Vocabulary continues on next page)*

### Vocabulary, *continued*

**sto, stare, steti, staturus** - stand

**sub, prep.** - *with abl*, under; *with acc*, to  
or at the base of

**subito, adv.** - suddenly

**suus, -a, -um** - his, her, its, their own

**tamen, adv.** - nevertheless, however

**tantus, -a, -um** - so great, so many

**tempus, temporis, n.** - time

**totus, -a, -um** - whole, entire

**ubi, adv. & conj.** - where, when

**uxor, uxoris, f.** - wife

**video, videre, vidi, visus** - see

**vulnero (1)** - wound

### Important Names

Andromeda

Cepheus

Neptunus

### English to Latin

1. On account of this girl, he took his sword, returned to the shore, and wounded the monster.
2. He wanted to make her his wife, but the girl herself did not want him to do this.

### Directed Composition

In three (3) **Latin** sentences, give a different ending to the story of Perseus and Andromeda. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.



SECTION • TWO  
ROMAN HISTORY



## Lesson III

## THE EARLIEST BEGINNINGS OF ROME

*Aeneas Settles in Italy*

Olim in Asia erat urbs antiqua, quae Troia appellata est. Eam urbem Graeci decem annos obsederunt tandemque ceperunt. Priamo rege filiisque eius interfectis, urbem deleverunt. Sed Aeneas, qui inter clarissimos defensores urbis fuerat, cum paucis comitibus ex urbe effugit; cum profugos ex omnibus partibus coegisset, in Italiam migrare constituit. 5

Post septem annos venit in eam partem Italiae ubi erat urbs Laurentum. Ibi cum Troiani praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea loca tenebant, agros defendere paraverunt. Sed Latinus, postquam in colloquio originem multitudinis ducisque cognovit, pacem cum Aenea fecit atque postea ei Laviniam filiam in matrimonium dedit. Troiani urbem condiderunt, quam Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellavit. 10

Deinde Turnus, rex Rutulorum, cui Lavinia ante adventum Aeneae desponsa erat, bello Latinum Troianosque aggressus est. Victi sunt Rutuli, sed victores ducem Latinum amiserunt. Inde Turnus auxilium petivit ab Etruscis, qui totam Italiam fama nominis sui impleverant; illi metuentes novam urbem multitudine opibusque crescentem laeti auxilium tulerunt. Aeneas in tanto discrimine, ut Aborigines Troianosque sub eodem iure atque nomine haberet, Latinos utramque gentem appellavit. Cum adversus Etruscos se moenibus defendere posset, tamen in aciem copias eduxit. Etrusci victi sunt; victores tamen ducem ut antea amiserunt; post pugnam enim Aeneam reperire non potuerunt; multi igitur eum ad deos transisse crediderunt. 15 20

*Founding of Alba Longa*

Lavinia inde regnavit, quoad Ascanius, Aeneae filius, adolevit. Tum ille propter abundantem Lavini multitudinem matri urbem reliquit; ipse novam aliam urbem sub Albano monte condidit, quae Alba Longa appellata est. Multi reges post Ascanium imperium Albanum gesserunt. Quidam ex his, cui nomen Proca est, duos filios, Numitorem atque Amulium, habuit. Numitori, qui maior erat, regnum reliquit. Pulso tamen fratre, Amulius regnavit. Filium fratris necavit; filiam Rheam Silviam per speciem honoris sacerdotem Vestae legit. 25 30

## Vocabulary

<b>ager, agri, m.</b> - field	<b>honor, honoris, m.</b> - honor
<b>amitto, amittere, amisi, amissus</b> - lose, send away	<b>ibi, adv.</b> - there
<b>appello (1)</b> - call by name, name	<b>multitudo, multitudinis, f.</b> - multitude, crowd
<b>auxilium, -i, n.</b> - help	<b>nomen, nominis, n.</b> - name
<b>condo, condere, condidi, conditus</b> - found, establish	<b>ops, opis, f.</b> - aid, resources, wealth
<b>constituo, constituere, constitui, constitus</b> - establish, decide	<b>paro (1)</b> - obtain, prepare
<b>credo, credere, credidi, creditus</b> - believe, trust ( <i>with dative</i> )	<b>pars, partis, f.</b> - part, direction
<b>cum, prep.</b> - <i>with abl</i> , with	<b>per, prep.</b> - <i>with acc</i> , through
<b>defendo, defendere, defensi, defensus</b> - defend	<b>possum, posse, potui, —</b> - be able
<b>dux, ducis, m.</b> - leader	<b>regno (1)</b> - rule
<b>filia, -ae, f.</b> - daughter	<b>regnum, -i, n.</b> - kingdom
<b>filius, -i, m.</b> - son	<b>relinquo, relinquere, reliqui, relictus</b> - leave behind
<b>frater, fratris, m.</b> - brother	<b>species, ei, f.</b> - appearance
<b>gens, gentis, f.</b> - clan, race, family	<b>sum, esse, fui, futurus</b> - be
<b>habeo, habere, habui, habitus</b> - have	<b>teneo, tenere, tenui, tentus</b> - hold
	<b>urbs, urbis, f.</b> - city
	<b>victor, -oris, m.</b> - victor
	<b>vinco, vincere, vici, victus</b> - conquer, defeat

## Important Names

Aeneas	Lavinia
Alba Longa	Lavinium
Amulius	Numitor
Ascanius	Rhea Silvia
Etrusci	Rutuli
Latinus	Turnus

## English to Latin

1. When Aeneas had defeated the Latins, he founded a city and called it Lavinium from his wife's name.
2. For ten years the Greeks besieged Troy, an ancient city in Asia, and finally they captured and destroyed it.
3. When the Greeks had killed King Priam and his sons, Aeneas collected a few exiles and migrated to Italy.
4. There, with peace having been made with the Trojans, King Latinus gave his daughter to the Trojan king.
5. Ascanius, the son of Lavinia, left his mother's city and founded a new city which he called Alba Longa.

## VERB TENSES - PRESENT, IMPERFECT, & FUTURE

### Present Active Indicative

#### 1st Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
porto	portamus
portas	portatis
portat	portant

#### 2nd Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
doceo	docemus
doces	docetis
docet	docent

#### 3rd Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
pono	ponimus
ponis	ponitis
ponit	ponunt

#### 3rd 'io' Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capio	capimus
capis	capitis
capit	capiunt

#### 4th Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
munio	munimus
munis	munitis
munit	muniunt

**Present Passive Indicative****1st Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
portor	portamur
portaris (-re)	portamini
portatur	portantur

**2nd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
doceor	docemur
doceris (-re)	docemini
docetur	docentur

**3rd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
ponor	ponimur
poneris (-re)	ponimini
ponitur	ponuntur

**3rd 'io' Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capior	capimur
caperis (-re)	capimini
capitur	capiuntur

**4th Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
munior	munimur
muniris (-re)	munimini
munitur	muniuntur

**Imperfect Active Indicative****1st Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
portabam	portabamus
portabas	portabatis
portabat	portabant

**2nd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
docebam	docebamus
docebas	docebatis
docebat	docebant

**3rd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
ponebam	ponebamus
ponebas	ponebatis
ponebat	ponebant

**3rd 'io' Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capiebam	capiebamus
capiebas	capiebatis
capiebat	capiebant

**4th Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
muniebam	muniebamus
muniebas	muniebatis
muniebat	muniebant

**Future Active Indicative****1st Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
portabo	portabimus
portabis	portabitis
portabit	portabunt

**2nd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
docebo	docebimus
docebis	docebitis
docebit	docebunt

**3rd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
ponam	ponemus
pones	ponetis
ponet	ponent

**3rd 'io' Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capiam	capiemus
capiēs	capietis
capiet	capient

**4th Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
muniam	muniemus
munies	munietis
muniet	munient

**Present Infinitive**

The present active infinitive is the second principal part of a verb, e.g., pono, **ponere**. The passive infinitive is formed by replacing the final '-e' ('-ere' for 3rd and 3rd 'io') with '-i'.

**Present Infinitive Active**

portare  
docere  
ponere  
capere  
munire

**Present Infinitive Passive**

portari  
doceri  
poni  
capi  
muniri

**Present Imperative (*only second person*)****1st Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
porta	portate

**2nd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
doce	docete

**3rd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
pone	ponite

**3rd 'io' Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
cape	capite

**4th Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
muni	munite

## Lesson IV

## ROMULUS AND REMUS

*Birth, Upbringing and Recognition*

Ex hac filia nati sunt duo filii, Romulus et Remus. Pater eorum, ut fama est, Mars deus erat. Sed nec dei nec homines matrem et pueros a crudelitate regia defenderunt. Sacerdos in custodiam data est; pueros rex in Tiberim iniici iussit. Forte Tiberis abundaverat, neque ei qui pueros ferebant adire ad altam aquam poterant. Itaque pueros in alveo posuerunt atque in tenui aqua reliquerunt. Sed alveus in sicco sedit. Deinde lupa sitiens - sic enim est traditum - ex montibus qui circa sunt ad puerorum vagitum cursum flexit. Faustulus, pastor regius, eam invenit pueros nutrientem. Ab eo atque Larentia uxore pueri educati sunt. Cum primum adoleverunt, venari coeperunt et in latrones praeda onustos impetus facere pastoribusque praedam dividere. 5 10

Dum quoddam ludicrum celebratur, latrones irati ob praedam amissam impetum in Romulum et Remum fecerunt; captum Remum regi Amulio tradiderunt. Pueros praedam ex agris Numitoris egisse incusabant. Sic ad supplicium Numitori Remus datus est. 15

Ab initio Faustulus crediderat pueros iussu regis expositos apud se educari. Tum periculo Remi motus rem Romulo aperit. Forte Numitor quoque audiverat fratres geminos esse; tum comparans et aetatem eorum et nobilem animum Remi nepotem agnovit. Romulus cum manu pastorum in regem Amulium impetum facit; Remus alia parata manu adiuvat. Ita rex interfectus est. Imperium Albanum Numitori avo ab iuvenibus restitutum est. Deinde Romulus et Remus in iis locis ubi expositi ubique educati erant urbem condere constituerunt. 20

*Founding of Rome*

Uterque iuvenis nomen novae urbi dare eamque regere cupiebat. Sed quod gemini erant, nec res aetate discerni poterat, auguriis usi sunt. A Remo prius visi sunt sex vultures. Romulo postea duodecim sese ostenderunt. Uterque ab amicis rex appellatus est atque regnum postulabat. Cum irati arma rapuissent, in pugna Remus cecidit. Ex alia fama Remus illudens fratrem novos muros urbis transiluit, inde interfectus est ab irato 25 30

Romulo, qui haec verba quoque addidit: "Sic deinde pereat quicumque alius transiliet moenia mea." Ita solus potitus est imperio Romulus; conditam urbem a suo nomine Romam appellavit.

Palatium primum, in quo ipse erat educatus, munivit. Vocata ad concilium multitudine, iura dedit. Insignia quoque imperii, sellam curulem 35 togamque praetextam, et duodecim lictores sumpsit. Asylum aperuit in monte Capitolino, quo multi ex finitimis populis profugerunt. Creavit etiam centum senatores, qui honoris causa patres appellati sunt.

## Vocabulary

<b>aetas, aetatis, f.</b> - age	<b>novus, -a -um</b> - new
<b>alius, -a, -ud</b> - other	<b>pater, patris, m.</b> - father
<b>aqua, -ae, f.</b> - eater	<b>postea, adv.</b> - afterwards
<b>deinde, adv.</b> - then, from there	<b>praeda, -ae, f.</b> - loot
<b>expono, exponere, exposui, expositus</b> - set out, expose	<b>puer, pueri, m.</b> - boy
<b>fama, -ae, f.</b> - fame, reputation	<b>qui, quae, quod,</b> - who, which
<b>forte, adv.</b> - by chance	<b>quidam, quaedam, quoddam</b> - certain
<b>imperium, -i, n.</b> - command, power	<b>regius, -a -um</b> - royal
<b>impetus, us, m.</b> - attack, force	<b>sed, conj.</b> - but
<b>interficio, interficere, interfeci,</b> <b>interfectus</b> - kill	<b>sic, adv.</b> - in this way, thus
<b>iuvenis, -is, m.</b> - young man	<b>solus, -a -um</b> - alone
<b>manus, -us, f.</b> - hand, band	<b>trado, tradere, tradidi, traditus</b> - hand over
<b>mons, montis, m.</b> - mountain	<b>uterque, utraque utrumque</b> - each of two, both
<b>multus, -a -um</b> - many	<b>verbum, -i, n.</b> - word

## Important Names

Amulius	Remus
Faustulus	Roma
Mars	Romulus
Numitor	Tiber

## English to Latin

1. Romulus and Remus, exposed by the order of the king, were found and brought up by Faustulus, the royal shepherd.
2. Robbers, angered by lost loot, captured Romulus' brother and gave him to Numitor for punishment.
3. Faustulus recognized Romulus and Remus as the king's grandsons and revealed the matter to Romulus.

## Directed Composition

In three (3) **Latin** sentences, tell what might have happened if Remus, not Romulus, had won the vulture contest. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## RELATIVE, INTERROGATIVE, & INDEFINITE PRONOUNS

### Relative Pronouns

	Masc.	Fem.	Neuter
	<i>Singular</i>		
<i>Nominative</i>	qui	quae	quod
<i>Genitive</i>	cuius	cuius	cuius
<i>Dative</i>	cui	cui	cui
<i>Accusative</i>	quem	quam	quod
<i>Ablative</i>	quo	qua	quo
	<i>Plural</i>		
<i>Nominative</i>	qui	quae	quae
<i>Genitive</i>	quorum	quarum	quorum
<i>Dative</i>	quibus	quibus	quibus
<i>Accusative</i>	quos	quas	quae
<i>Ablative</i>	quibus	quibus	quibus

### Interrogative Pronouns

	M. & F.	Neuter
	<i>Singular</i>	
<i>Nominative</i>	quis	quid
<i>Genitive</i>	cuius	cuius
<i>Dative</i>	cui	cui
<i>Accusative</i>	quem	quid
<i>Ablative</i>	quo	quo
	<i>Plural</i>	
	<i>(Same as Relative Pronoun)</i>	



**Indefinite Pronouns**

**quidam** - “a certain”, specific example in mind, but not given a name

	<b>Masculine</b>	<b>Feminine</b>	<b>Neuter</b>
		<i>Singular</i>	
<i>Nominative</i>	quidam	quaedam	quoddam
<i>Genitive</i>	cuiusdam	cuiusdam	cuiusdam
<i>Dative</i>	cuidam	cuidam	cuidam
<i>Accusative</i>	quendam	quandam	quoddam
<i>Ablative</i>	quodam	quadam	quodam
		<i>Plural</i>	
<i>Nominative</i>	quidam	quaedam	quaedam
<i>Genitive</i>	quorundam	quarundam	quorundam
<i>Dative</i>	quibusdam	quibusdam	quibusdam
<i>Accusative</i>	quosdam	quasdam	quaedam
<i>Ablative</i>	quibusdam	quibusdam	quibusdam

**Indefinite Pronouns**

**aliquis** - “some”, no specific example in mind, hypothetical

	<b>M. &amp; F.</b>	<b>Neuter</b>	
		<i>Singular</i>	
<i>Nominative</i>	aliquis	aliquid	
<i>Genitive</i>	alicuius	alicuius	
<i>Dative</i>	alicui	alicui	
<i>Accusative</i>	aliquem	aliquid	
<i>Ablative</i>	aliquo	aliquo	
		<i>Plural</i>	
	“ali-” + <i>plurals of relative pronouns</i>		

## Lesson V

## THE SABINE WOMEN

*Rome Needs Women*

Iam res Romana firma et finitimis civitatibus bello par erat. Sed Romani neque uxores neque cum finitimis ius conubii habebant. Tum Romulus quosdam ex patribus legatos in vicinas gentes misit qui societatem conubiumque novo populo peterent. Nusquam benigne legati auditi sunt; nam finitimi non solum Romanos spernebant, sed etiam tantam in medio crescentem urbem metuebant. Itaque irati Romani vi uti statuerunt. 5

Ad eam rem Romulus, ludis paratis, finitimos ad spectaculum invitavit. Multi convenerunt, ut et ludos spectarent et novam urbem viderent. Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit. Ubi spectaculi tempus venit omnesque intenti in ludos erant, tum, signo dato, Romani rapere virgines coeperunt. Parentes virginum profugerunt clamantes Romanos hospitium violavisse. Nec raptae virgines aut spem de se meliorem aut indignationem minorem habebant. 10

Sed ipse Romulus circumibat ostendebatque id patrum superbia factum esse. "Quamquam vi captae estis," inquit, "omnia iura Romanorum habebitis." 15

*The Sabines Attack*

Iam multo minus perturbati animi raptarum erant. At parentes earum civitates finitimas, ad quas eius iniuriae pars pertinebat, ad arma concitabant. Hae civitates omnes a Romulo victae sunt. Novissimum bellum ab Sabinis ortum est, quod multo maximum fuit. Sabini arcem Romanam in monte Capitolino dolo ceperunt. Romani postero die arcem recipere conati sunt. Ubi Hostius Hostilius, dux exercitus Romani, cecidit, confestim acies Romana pulsa est. At Romulus templum vovit Iovi Statori oravitque auxilium. Tum credens preces suas auditas esse "hinc," inquit, "Romani, Iuppiter optimus maximus nos resistere ac renovare pugnam iubet." 20  
Restiterunt Romani tamquam caelesti voce iussi. 25

*The Women Impose Peace*

Tum Sabinae mulieres ausae sunt se inter tela volantia inferre, ut pacem a patribus virisque implorarent. Duces ea re moti non modo pacem sed etiam civitatem unam ex duabus faciunt; regnum quoque consociant atque Romam faciunt sedem imperii. Multitudo ita aucta novo nomine Quirites appellata est ex Curibus, quae urbs caput Sabinorum erat. Deinde Romulus, populo in curias triginta diviso, nomina mulierum raptarum curiis dedit. 30

Post aliquot annos Tatius, rex Sabinorum, ab Laurentibus interfectus est. Romulus postea solus regnavit. Annis sequentibus bella secunda cum Fidenatibus Veientibusque, populis Etruscis, gesta sunt. 35

Dum Romulus quodam tempore exercitum in campo Martio recenset, tempestas subito coorta eum nimbo operuit. Patres qui proximi steterant dixerunt regem sublimem raptum esse. Deinde universi clamant: "Salve, deus deo nate." Romulus dicitur postea cuidam civi se ostendisse et eum his verbis allocutus esse: "Nuntia Romanis deos velle meam Romam caput orbis terrarum esse; proinde res militaris colenda est; nam nullae opes humanae armis Romanis resistere possunt." Postea nomen Quirinus Romulo additum est. Regnavit septem et triginta annos. 40

## Vocabulary

**acies, aciei, f.** - battle line, edge

**arma, armorum, n.** - arms, weapons  
(plural only)

**aut, conj.** - or; **aut...aut** - either...or

**bellum, -i, n.** - war

**cado, cadere, cecidi, casurus** - fall

**civis, -is, m.** - citizen

**civitas, civitatis, f.** - city, citizenship

**clamo (1)** - shout

**coepi, coepisse, -, coeptus** - begin

**convenio, convenire, conveni,**

**conventus** - come together, meet

**de, prep.** - with *abl.*, about, (down) from

**dico, dicere, dixi, dictus** - say

**etiam, conj.** - even, also

**finitimus, -a, -um** - neighboring,  
neighbor

**iam, adv.** - already, now

**inquam (has only present and imperfect forms)** - say

**iubeo, iubere, iussi, iussus** - order

**ludus, -i, m.** - game, school

**nam, conj.** - for (giving reason)

**ostendo, ostendere, ostendi, ostentus** -  
show

**parvus, -a, -um** - small

**pax, pacis, f.** - peace

**populus, -i, m.** - people

**rapio, rapere, rapui, raptus** - seize,  
snatch

**virgo, virginis, f.** - virgin

**vis, viris, f.** - force, (*in plural*) powers

**volo (1)** - fly

## Important Names

Capitolinus Mons	Romani
Quirinus	Romulus
Quitites	Sabini

## English to Latin

1. The neighbors of the Romans came to Rome to watch the games and to see the new city.
2. Although the Sabine women had been captured by force, Romulus gave them all of the rights of Romans.
3. Romulus had ruled for thirty-seven years when a storm snatched him up to the gods.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences give another explanation of what might have happened to Romulus during the storm. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity. Verb Tenses and Forms - Perfect System

## VERB TENSES AND FORMS - PERFECT SYSTEM

**Perfect Stem** - the third principal part of a verb is the first person singular of the perfect, 'posui' in the example below. Remove the 'i' to get the perfect stem, 'posu-'.

**Perfect Passive Participle** - the Perfect passive participle is the fourth principal part of a verb, 'positus' in the example. It takes 1st & 2nd declension adjective endings.

Sample verb: **pono, ponere, posui, positus** - put, place

### Perfect Active Indicative

<i>perfect stem</i> + -i	-imus	posui	posuimus
-isti	-istis	posuisti	posuistis
-it	-erunt	posuit	posuerunt

**Perfect Passive Indicative**

<i>perfect</i>		sum	sumus	positus (-a, -um)	sum	positi (-ae, -a)	sumus
<i>passive</i>	+	es	estis	positus (-a, -um)	es	positi (-ae, -a)	estis
<i>participle</i>		est	sunt	positus (-a, -um)	est	positi (-ae, -a)	sunt

**Past Perfect Active Indicative**

<i>perfect stem</i>	+	-eram	-eramus	posueram	posueramus
		-eras	-eratis	posueras	posueratis
		-erat	-erant	posuerat	posuerant

**Past Perfect Passive Indicative**

<i>perfect</i>		eram	eramus	positus (-a, -um)	eram	positi (-ae, -a)	eramus
<i>passive</i>	+	eras	eratis	positus (-a, -um)	eras	positi (-ae, -a)	eratis
<i>participle</i>		erat	erant	positus (-a, -um)	erat	positi (-ae, -a)	erant

**Future Perfect Active Indicative**

<i>perfect stem</i>	+	-ero	-erimus	posuero	posuerimus
		-eris	-eritis	posueris	posueritis
		-erit	-erint	posuerit	posuerint

**Future Perfect Passive Indicative**

<i>perfect</i>		ero	erimus	positus (-a, -um)	ero	positi (-ae, -a)	erimus
<i>passive</i>	+	eris	eritis	positus (-a, -um)	eris	positi (-ae, -a)	eritis
<i>participle</i>		erit	erint	positus (-a, -um)	erit	positi (-ae, -a)	erint

**Perfect Infinitive**

The perfect active infinitive is formed by adding ‘-sse’ to the third principal part of a verb, ‘posuisse’ in the example above.

## Lesson VI

## TULLUS HOSTILIUS

*War with The Albans*

Numa mortuo, Tullus Hostilius rex creatus est. Hic ferocior etiam quam Romulus fuit. Quod civitas torpere otio videbatur, causas undique belli quaerebat. Bellum cum Albanis primum ortum est. Albani priores magno exercitu in agrum Romanum impetum fecerunt. Ibi Cluilius, Albanus rex, moritur. Albani dictatorem Mettium Fufetium creant. Ubi is ab Tullo colloquium petivit, rex Romanus non recusavit. Mettius sic locutus est: "Uterque populus se bellum gerere propter iniurias dicit. Re vera cupido imperii duos cognatos vicinosque populos ad arma concitat. Sed potius metuere debemus Etruscos, qui, cum defessi confectique erimus, simul victorem ac victum aggredientur. Certamen igitur de imperio paucorum proelio potius decernamus." Tullus consilium probavit, quamquam magnam spem victoriae habebat.

*Triple Combat*

Forte in utroque exercitu erant trigemini fratres, nec aetate nec viribus dispares, Horatii et Curiatii. Hi Albani erant, illi Romani. Trigemini ad hanc pugnam delecti arma capiunt et in medium inter duas acies procedunt. Duo exercitus, erecti anxiique, in spectaculum animos intendunt. Signo dato, terni iuvenes concurrunt.

Primo congressu duo Romani interfecti sunt et tres Albani vulnerati. Eum qui integer fuit tres Curiatii circumsternere conati sunt. Cum iam Romanus paulum fugisset, respexit atque vidit tres Curiatios magnis intervallis sequentes. Subito constitit et in proximum Curiatium impetum facit; dum exercitus Albanus Curiatios obsecrant ut fratri auxilium ferant, Horatius eum interfecit; deinde victor secundum fratrem petit. Tum magno clamore Romani adiuvant militem suum et ille conficere proelium properat. Priusquam consecutus est tertius, Horatius alterum Curiatium conficit. Iamque singuli supererant, sed nec spe nec viribus pares; alter integer et ferox superioribus victoriis erat; alter defessus vulnere, animo fractus, in certamen venit. Nec illud proelium fuit. Curiatium vix sustinentem arma Horatius caedit et iacentem spoliat.

*One More Death*

Ad sepulturam inde suorum Romani atque Albani nequaquam paribus animis vertuntur, alteri victores alteri victi. Exercitus domos abducti sunt. Horatii soror, quae uni ex Curiatiis desponsa erat, cognovit inter spolia pauludamentum sponsi, quod ipsa confecerat. Solvit crines et multis cum lacrimis sponsum mortuum appellat. Frater, iratus propter maerorem sororis in victoria sua tantoque publico gaudio, gladio eam interfecit. Res ad populum relata est. Homines vehementer moti sunt in eo iudicio, Publio Horatio patre clamante filiam iure caesam esse. Sed magis admiratione virtutis quam iure causae iuvenem absolverunt.

## Vocabulary

<b>alter, altera, alterum</b> - other ( <i>of two</i> )	<b>proelium, -i, n.</b> - battle
<b>animus, -i, m.</b> - mind, spirit	<b>propter, prep.</b> - <i>with acc</i> , on account of
<b>certamen, certaminis, n.</b> - contest, struggle	<b>pugna, -ae, f.</b> - fight
<b>conficio, conficere, confeci, confectus</b> - finish, kill	<b>quamquam, conj.</b> - although
<b>duo, duae, duo</b> - two	<b>refero, referre, retuli, relatus</b> - bring back, report
<b>exercitus, exercitus, m.</b> - army	<b>secundus, -a, -um</b> - following, favorable, second
<b>fugio, fugere, fugi, fugiturus</b> - flee	<b>sequor, sequi, secutus est</b> - follow
<b>gero, gerere, gessi, gestus</b> - carry, bear, wear, do	<b>soror, sororis, f.</b> - sister
<b>inter, prep.</b> - <i>with acc</i> , among	<b>spes, spei, f.</b> - hope
<b>ius, iuris, n.</b> - law, right	<b>tres, tria</b> - three
<b>metuo, metuere, metui, —</b> - fear	<b>unus, -a, -um</b> - one
<b>morior, mori, mortuus est</b> - die	<b>verto, vertere, verti, versus</b> - turn
<b>par (third declension adj.)</b> - equal	<b>victoria, -ae, f.</b> - victory
<b>peto, petere, petivi, petitus</b> - seek	<b>virtus, virtutis, f.</b> - virtue, courage

## Important Names

Albani  
 Curiatii  
 Etrusci  
 Horatii  
 Tullus Hostilius

## English to Latin

1. Because the Etruscans will attack both the Albans and Romans, we should decide this contest by the battle of a few.
2. With two of the Horatii having been killed, the Curiatian triplets had great hope of victory.
3. The Roman fled so that he might make an attack on the wounded Albans one at a time.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell whether or not you think Horatius was justified in killing his sister, and why. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.



## PARTICIPLES

### Overview of Participles

Latin has four participles - the present active, perfect passive, future active and future passive, as shown for the verb **pono, ponere, posui, positus** - place

	<b>Present</b>	<b>Perfect</b>	<b>Future</b>
<i>Active</i>	ponens "placing"		positurus "going to place"
<i>Passive</i>		positus "having been placed"	ponendus "ought to be placed"

### Forming Participles

	<b>1st</b>	<b>2nd</b>	<b>3rd</b>	<b>3rd -io</b>	<b>4th</b>
<i>Present Active</i>	portans	docens	ponens	capiens	muniens
<i>Perfect Passive</i>	<i>Fourth Principal Part, e.g., positus, -a, -um</i>				
<i>Future Active</i>	<i>Fourth Principal Part + -urus, -ura, -urum, e.g., positurus, -a, -um</i>				
<i>Future Passive</i>	portandus	docendus	ponendus	capiendus	muniendus

### Declension of participles

Present active participles are declined like 3rd declension adjectives:

	<b>M. &amp; F.</b>	<b>Neuter</b>	<b>M. &amp; F.</b>	<b>Neuter</b>
	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>		
<i>Nominative</i>	ponens	ponens	ponentes	ponentia
<i>Genitive</i>	ponentis	ponentis	ponentium	ponentium
<i>Dative</i>	ponenti	ponenti	ponentibus	ponentibus
<i>Accusative</i>	ponentem	ponens	ponentes	ponentia
<i>Ablative</i>	ponente	ponente	ponentibus	ponentibus

All other participles are declined like 1st & 2nd declension adjectives, ending in **-us, -a, -um**.

## Lesson VII

## HORATIUS COCLES

*One Man's Bravery Saves the City*

Tarquinius, ut regnum reciperaret, ad Larem Porsenam, Clusinum regem, fugit. Ei persuasit ne regem Etruscae gentis regno privari pateretur. Porsena Romam infesto exercitu venit. Magnus terror senatum occupavit; adeo firma res Clusina tum erat magnumque Porsenae nomen.

Cum hostes adessent, omnes in urbem ex agris veniunt urbemque ipsam muniunt praesidiis. Alia loca muris, alia Tiberi obiecto videbantur tuta. Pons sublicius tamen iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, Horatius Cocles, qui forte ad pontem positus erat. Clusini repentino impetu Ianiculum ceperunt atque inde velociter ad flumen decurrebant. Cocles, cum suos fugere vidisset, oravit eos ut manerent et pontem rescinderent: se impetum hostium, quantum unus posset id facere, excepturum esse. Processit inde in primum aditum pontis ipsaque audacia turbavit hostes.

Duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Larcium ac T. Herminium, ambos claros genere factisque. Cum his primam pugnam paulisper sustinuit. Deinde eos, parva parte pontis relicta, cedere in tutum iussit. Pudor inde commovit Etruscos, et, clamore sublato, undique in unum hostem tela coniciunt. Denique, ponte paene rescisso, Cocles armatus in Tiberim desiluit incolumisque ad suos tranavit. Grata erga tantam virtutem civitas fuit; statua eius in comitio posita est, et agri quantum uno die circumaravit datum.

## Vocabulary

**audacia, -ae, f.** - boldness

**clarus, -a, -um** - bright, famous

**commoveo, commovere, commovi,**

**commotus** - move deeply

**firmus, -a, -um** - strong

**flumen, fluminis, n.** - river

**gratus, -a, -um** - pleasing

**hostis, -is, m.** - enemy

**inde, adv.** - from there

**iter, itineris, n.** - journey, route

**maneo, manere, manui, mansurus** - remain

**munio, munire, munivi, munitus** - fortify, build (*a road*)

**murus, -i, m.** - wall

**occupo (1)** - seize

**oro (1)** - beg, ask, plead

**paene, adv.** - almost

## Vocabulary

**pono, ponere, posui, positus** - place  
**pons, pontis, m.** bridge  
**procedo, procedere, processi,**  
**processurus** - go forward  
**pudor, pudoris, m.** - shame  
**quantus, -a, um** - how much  
**suffero, sufferre, sustuli, sublatu**s - lift

up  
**sustineo, sustinere, sustinui, sustentus**  
 - endure, sustain  
**telum, -i, n.** - weapon, spear  
**tutus, -a, -um** - safe  
**undique, adv.** - from all sides

## Important Names

Etrusci	Lars Porsena	Tarquinius
Horatius Cocles	pons sublicius	Tiber

## English to Latin

1. When the enemy was present, Horatius Cocles begged his friends to remain so that the bridge might be cut off.
2. So great was the name of Porsena that the entire senate was seized by a great fear.
3. Finally, he ordered the two who had been held by shame to retreat across the bridge to safety.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell whether (and why) you think Horatius' reward matched his deeds. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## Lesson VIII

## HANNIBAL

*Hannibal's Early Career*

Carthaginienses post primum Punicum bellum imperium opesque in Hispania diligenter auxerunt. Dux huius operis Hamilcar erat, qui imperator primo bello fuerat atque indignabatur quod Carthago eo bello Siciliam Sardiniamque amiserat.

Hannibal, eius filius, annos novem natus patre incitante iuravit se semper hostem futurum esse populi Romani. Postea in Hispaniam missus est. Tam similis patri ore vultuque erat ut milites Hamilcarem iuvenem redditum sibi esse crederent. Ingenium autem erat res diversissimas, parendum atque imperandum, aptum. Non minus Hasdrubali, imperatori, qui interfecto Hamilcare ei successor fuit in Hispania, quam exercitui carus erat. Neque Hasdrubal alium quemquam militibus praeficere malebat, neque milites alio duce plus confidebant aut audebant. Plurimum audaciae ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula praebebat. Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia erat par. Cibi modus potionisque desiderio naturali, non voluptate, finitus est; tempora vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata sunt; id quod gerendis rebus supererat quieti datum est; ea neque molli strato neque silentio arcessita est; multi saepe eum militari sagulo opertum humi iacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter aequales excellens; arma atque equi conspiciebantur. Equitum peditumque idem longe primus erat; princeps in proelium ibat, ultimus commisso proelio excedebat.

*Hannibal Attacks Saguntum and Marches into Italy*

Hasdrubale interfecto, Hannibal, natus annos viginti septem imperator creatus, constituit Romanos vincere, ut Carthaginem in pristinam auctoritatem restitueret. Primum obsidione urbem Saguntinorum cepit, qui socii Hispanienses Romanorum erant. Deinde per montes Pyrenaeos atque Alpes iter difficile in Italiam fecit. Ibi Romanos exercitus superavit ad Ticinum flumen, ad Trebiam, ad Trasumennum lacum, in Apulia ad Cannas. In Apuliam venerat eo consilio, ut spe libertatis socios Romanorum

sollicitaret. Quidam ex sociis amicitiam Hannibalis secuti sunt, sed multi in fide Romanorum manserunt. Cum optimi duces Romani adversus Hannibalem mitterentur, numquam tamen eum devincere potuerunt. Sedecim annos in Italia neque victor neque victus mansit. 30

## Vocabulary

<b>amicitia</b> , -ae, <i>f.</i> - friendship	<b>natus</b> , -a, -um - born, aged
<b>audeo</b> , <b>audere</b> , <b>ausus sum</b> - dare	<b>operio</b> , <b>operire</b> , <b>operui</b> , <b>opertus</b> - cover
<b>committo</b> , <b>committere</b> , <b>commisi</b> , <b>commissus</b> - engage in, entrust	<b>periculum</b> , -i, <i>n.</i> - danger
<b>corpus</b> , <b>corporis</b> , <i>n.</i> - body	<b>princeps</b> , <b>principis</b> , <i>m.</i> - chief, leader (as noun & adj.)
<b>eques</b> , <b>equitis</b> , <i>m.</i> - cavalryman, knight	<b>quies</b> , <b>quietis</b> , <i>f.</i> - rest, quiet
<b>iaceo</b> , <b>iacere</b> , <b>iacui</b> , — - lie	<b>reddo</b> , <b>reddere</b> , <b>reddidi</b> , <b>redditus</b> - give back
<b>imperator</b> , <b>imperatoris</b> , <i>m.</i> - com- mander	<b>saepe</b> , <i>adv.</i> - often
<b>impero</b> (1) - command	<b>socius</b> , -a -um - ally
<b>iuo</b> (1) - swear	<b>somnus</b> , -i, <i>m.</i> - sleep
<b>miles</b> , <b>militis</b> , <i>m.</i> - soldier	<b>supersum</b> , <b>superesse</b> , <b>superfui</b> , — - survive
<b>militaris</b> , -e - military	<b>viginti</b> , <i>indec.</i> - twenty
<b>mitto</b> , <b>mittere</b> , <b>misi</b> , <b>missus</b> - send	

## Important Names

Alpes Montes  
Carthago  
Hamilcar  
Hannibal  
Hasdrubal  
Pyrenaei Montes  
Saguntum

## English to Latin

1. Because his father had been a general in the First Punic War, Hannibal, at the age of 9, swore that he would always fight the Roman people.
2. He was so similar to his father in expression, he was called “Young Hamilcar” by the soldiers.
3. With the Roman army having been conquered at Cannae, Hannibal went to Apulia to stir up the Roman allies.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell which of Hannibal’s qualities (and why) you think is most important for a leader. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity. Subjunctives - Present & Imperfect

## SUBJUNCTIVES - PRESENT & IMPERFECT

### Present Active Subjunctive

#### 1st Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
portem	portemus
portes	portetis
portet	portent

#### 2nd Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
doceam	doceamus
doceas	doceatis
doceat	doceant

#### 3rd Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
ponam	ponamus
ponas	ponatis
ponat	ponant

#### 3rd ‘io’ Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capiam	capiamus
capias	capiatis
capiat	capiant

#### 4th Conjugation

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
muniam	muniamus
munias	muniat
muniat	muniant

**Present Passive Subjunctive****1st Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
porter	portemur
porteris (-re)	portemini
portetur	portentur

**2nd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
docear	doceamur
docearis (-re)	doceamini
doceatur	doceantur

**3rd Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
ponar	ponamur
ponaris (-re)	ponamini
ponatur	ponantur

**3rd 'io' Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
capiar	capiamur
capiaris (-re)	capiamini
capiatur	capiantur

**4th Conjugation**

<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
muniar	muniamur
muniaris (-re)	muniamini
muniatur	muniantur

**The Imperfect Subjunctive****Active**

<i>present infinitive +</i>	- m	- mus	ponerem	poneremus
	- s	- tis	poneres	poneretis
	- t	- nt	poneret	ponerent

**Passive**

<i>present infinitive +</i>	- r	- mur	ponerer	poneremur
	- ris (-re)	- mini	ponereris	poneremini
	- tur	- ntur	poneretur	ponerentur

## Lesson IX

## QUINTUS FABIVS MAXIMVS

*FabivS Negotiates with Carthage*

Initio secundi Punici belli Romani legatos Carthaginem miserunt qui reperirent num publico consilio Hannibal Saguntum oppugnasset. Re diu atque frustra in senatu Carthaginensi deliberata, tandem unus ex Carthaginensibus clamavit: "Omittite Sagunti mentionem facere, et quod fertis aliquando dicite." Tum Q. FabivS Maximus, legationis Romanae princeps, sinu ex toga facto, "hic," inquit, "vobis bellum et pacem portamus, utrum placet, sumite." Carthaginenses haud minus ferociter eum iusserunt dare utrum vellet. Et cum is iterum sinu effuso bellum se dare dixisset, Carthaginenses responderunt: "Bellum accipimus et quibus animis accipimus isdem geremus."

*The Great Delayer*

Postquam Romani cladem ad Trasumennum lacum acceperunt, FabivS dictator creatus est, et M. MinucivS Rufus magister equitum. Consilium erat Fabii nullo loco cum hoste decertare, sed fines Romanorum sociorumque intueri et levibus proeliis militum fortitudinem augere. Hannibal hoc consilio turbatus dictatorem invidia onerare constituit. Itaque cum ager Fabii ei monstratus esset, omnibus agris circa vastatis, uni agro dictatoris perpercit. At FabivS, misso Romam Quinto filio, agrum vendidit pecuniaque redacta captivos Romanos redemit.

Ratio Fabiana belli gerendi, propter quam Fabio cognomen Cunctator datum est, Romanis grata non erat. Cum MinucivS, absente dictatore, aliquantum victoriae forte adeptus esset, lex lata est ut ius magistri equitum et dictatoris aequaretur. Iniuriam tamen FabivS aequo animo tulit, satis fidens haudquaquam cum imperii iure artem imperandi aequatam esse. Legiones inter dictatorem et magistrum divisae sunt. Denique MinucivS, temere proelio commisso, a Fabio servatus est. Tum sub imperium dictatoris rediit legionesque restituit et FabivS patrem appellavit. Romae, ut est perlata fama eius rei, omnes Maximum laudibus ad caelum ferebant.

Multis post annis, aliis rebus interim gestis, FabivS mortuus est. Quamquam alius dux promptior ad proelium Hannibalem denique devicit, certum tamen est FabivS rem Romanam consilio cunctandi restituisse.



## Vocabulary

**absum, abesse, afui, —** - be away

**augeo, augere, auxi, auctus** - increase

**certus, -a, -um** - certain

**cognomen, cognominis, n.** - surname, nickname

**consilium, -i, n.** - plan

**creo** (1) - choose, make

**denique, adv.** - finally

**diu, adv.** - for a long time

**fero, ferre, tuli, latus** - carry, bear

**frustra, adv.** - in vain

**initium, -i n.** - beginning

**inuria, -ae, f.** - injustice

**iterum, adv.** - again

**lacus, lacus, m.** - lake

**legio, legionis, f.** - legion

**monstro** (1) - show

**redimo, redimere, redemi, redemptus** - buy back

**reperio. reperire, repperi, repertus** - discover

**restituo, restituere, restitui, restitutus** - restore

**satis, adv.** - enough

**servo** (1) - save, preserve

**sinus, sinus, m.** - fold, hollow, bay

**sumo, sumere, sumpsi, sumptus** - take

**tandem, adv.** - finally

**turbo** (1) - throw into confusion

**uter, utra, utrum** - which (*of two*)

## Important Names

Carthagienses

Hannibal

Quintus Fabius Maximus

Carthago

Minucius

Saguntum

## English to Latin

1. When the Carthaginians ordered him to say which he wished to give, he fiercely said he was giving war.
2. The Fabian system of waging war was to fight the enemy in no place, on account of which he was given the nickname 'Delayer'.
3. Although, not being eager for battle, Fabius did not defeat Hannibal, nevertheless he restored the Roman state by delaying.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, discuss the advantages and disadvantages Fabius' plan held for him. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## SUBJUNCTIVES - PERFECT & PAST PERFECT

### Perfect Subjunctive

#### Active

<i>perfect stem +</i>	-erim	-erimus	posuerim	posuerimus
	-eris	-eritis	posueris	posueritis
	-erit	-erint	posuerit	posuerint

#### Passive

<i>perfect passive part. +</i>	sim	simus	positus (-a, -um)	sim	positi (-ae, -a)	simus
<i>(present subj. of sum)</i>	sis	sitis	positus (-a, -um)	sis	positi (-ae, -a)	sitis
	sit	sint	positus(-a, -um)	sit	positi (-ae, -a)	sint

### Past Perfect Subjunctive

#### Active

<i>perfect infinitive +</i>	-m	-mus	posuissem	posuissemus
	-s	-tis	posuisses	posuissetis
	-t	-nt	posuisset	posuissent

#### Passive

<i>perfect passive part. +</i>	essem	essemus	positus (-a, -um)	essem	positi (-ae, -a)	essemus
<i>(imperfect subj. of sum)</i>	esses	essetis	positus (-a, -um)	esses	positi (-ae, -a)	essetis
	esset	essent	positus(-a, -um)	esset	positi (-ae, -a)	essent

### Forms of 'sum'

Principal Parts : sum, esse, fui, futurus

Present Indicative	Imperfect Indicative	Future Indicative
sum sumus	eram eramus	ero erimus
es estis	eras eratis	eris eritis
est sunt	erat erant	erit erunt

Present Subjunctive	Imperfect Subjunctive
sim simus	essem essemus
sis sitis	esses essetis
sit sint	esset essent

**Forms of 'sum', *continued***

<b>Perfect Indicative</b>	<b>Past Perfect Indicative</b>	<b>Future Perfect Indicative</b>
fui fuimus	fuera <sup>m</sup> fueram <sup>us</sup>	fuero fuerimus
fuisti fuistis	fuera <sup>s</sup> fuerati <sup>s</sup>	fueris fueritis
fuit fuerunt (-ere)	fuera <sup>t</sup> fuerant	fuerit fuerint

<b>Perfect Subjunctive</b>	<b>Past Perfect Subjunctive</b>
fuerim fuerimus	fuissem fuissemus
fueris fueritis	fuisset fuissetis
fuerit fuerint	fuisset fuissent

**Forms of 'possum'**

Principal Parts : possum, posse, potui, —

<b>Present Indicative</b>	<b>Imperfect Indicative</b>	<b>Future Indicative</b>
possum possumus	poteram, <i>etc.</i>	potero, <i>etc.</i>
potes potestis		
potest possunt		

<b>Present Subjunctive</b>	<b>Imperfect Subjunctive</b>
possim possimus	possem, <i>etc.</i>
possis possitis	
possit possint	

<b>Perfect Indicative</b>	<b>Past Perfect Indicative</b>	<b>Future Perfect Indicative</b>
potui, <i>etc.</i>	poteram, <i>etc.</i>	potuero, <i>etc.</i>

<b>Perfect Subjunctive</b>	<b>Past Perfect Subjunctive</b>
poterim, <i>etc.</i>	potuissem, <i>etc.</i>

## Lesson X

## PUBLIUS CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS

*Early Exploits and Offices*

P. Cornelius Scipio filius erat consulis qui exercitui Romano in proelio ad Ticinum flumen praefuerat. Fama est patrem, cum in eo proelio vulneratus ab hostibus circumveniretur, a filio septemdecim nato annos servatum esse.

Post pugnam Cannensem quattuor milia militum Romanorum Canusium perfugerunt. Cum ibi tribuni militum quattuor essent, omnium tamen consensu ad duos tribunos, P. Scipionem et Ap. Claudium, summa imperii delata est. Eis nuntiatum est nobiles iuvenes quosdam de deserenda Italia consultare. Scipio sequentibus paucis venit in deversorium ubi coniurati erant, strictoque gladio eos coegit iurare se numquam rem publicam deserturos esse. 5 10

Postea cum aedilitatem peteret, tribuni plebis resistebant, quod nondum ad petendum legitima aetas esset. Tum Scipio "si me," inquit, "omnes Quirites aedilem facere volunt, satis annorum habeo." Aedilis magno favore populi nullo tribuno resistente creatus est. 15

*Scipio Takes Command in Spain*

Quattuor post annis pater Scipionis et patruus, qui bellum in Hispania gesserant, intra dies triginta ceciderunt. Comitibus edictis ad imperatorem creandum omnes seniores imperium Hispaniense accipere nolebant; tum subito P. Cornelius Scipio, quattuor et viginti annos natus, professus est se petere et in superiore loco, conspici posset, constitit. Deinde ad unum omnes P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Postea tamen cives ob aetatem imperatoris novi dubitare incipiebant num recte fecissent. Scipio, hoc animadverso, contionem habuit et tam graviter disseruit ut animos rursus excitaret omnesque certa spe impleret. 20

Quinque annos in Hispania bellum adversus Carthaginienses continuo cursu victoriarum gessit. Exercitus hostium ex Hispania expulit et amicitias gentium Hispaniensium sibi conciliavit. Multa narrantur de Scipionis mansuetudine in miseros et de comitate in hostes ac barbaros. Virginem Hispanam captam Carthagine Nova, quae Allucio, principi Celtiberorum, 25

desponsa erat, sponso tradidit. Magnum quoque auri pondus, quod virginis 30  
parentes ad redimendam filiam attulerunt, sponso dedit. Allucius, ut  
beneficium remuneraretur, domum profectus ad Scipionem cum delectis  
mille et quadrigentis equitibus revertit. Massivam adolescentem, captivum  
Afrum, restituit avunculo Masinissae, Numidarum regi, qui cum equitatu  
subsidio Carthaginiensibus venerat. 35

Scipio, recepta Hispania, gloriam conficiendi belli spectare coepit.  
Constituit prius conciliare reges Afros, Syphacem et Masinissam, qui socii  
Carthaginiensium erant. Syphax colloquium cum duce Romano postulavit.  
Scipio ab Carthagine Nova profectus forte invecus est in regium portum  
eo ipso tempore quo Hasdrubal, dux Carthaginiensis, qui Hispania pulsus 40  
erat. Romanus et Carthaginiensis, quamquam hostes erant, a Syphace in  
hospitium invitati eodem lecto accubuerunt. Tanta autem inerat comitas  
Scipioni ut Hasdrubal non minus quam Syphax Romanum admiraretur.  
Scipio cum Syphace foedere facto Novam Carthaginem rediit.

## Vocabulary

**adversus, -a, um** - against

**aedilis, -is, m.** - aedile (*a public office*)

**captivus, -i, m.** - prisoner

**cogo, cogere, coegi, coactus** - force,  
compel

**concilio** (1) - reconcile, win over

**consul, consulis, m.** - consul (*a public  
office*)

**cursus, cursus, m.** - course

**delego, delegere, delexi, delectus** -  
conscript, draft

**graviter, adv.** - seriously, heavily

**hospitium, -i, n.** - hospitality

**narro** (1) - tell about

**numquam, adv.** - never

**nuntio** (1) - announce, report

**pello, pellere, pepuli, pulsus** - drive out,  
drive away

**postulo** (1) - demand, ask

**proficiscor, proficisci, profectus est** -  
start out

**recipio, recipere, recepi, receptus** -  
take back

**resisto, resistere, restiti, —** - stop, resist

**rursus, adv.** - back again

**specto** (1) - watch

**sponsus, -a, -um** - promised, engaged

**tribunus, -i, m.** - tribune (*a public office*)

**triginta, indec.** - thirty

## Important Names

Publius Cornelius Scipio	Syphax
Hispania	Masinissa

## English to Latin

1. There is a report that Scipio, aged 17 years saved his father, who had been wounded and surrounded by the enemy.
2. When Scipio heard the noble youths were discussing deserting Italy, with a drawn sword he made them swear to stay.
3. Because all of the older men did not want receive command in Spain, Scipio was able to take it.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, describe Scipio's character and the effect he had on people. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## IRREGULAR VERBS

### Forms of 'eo'

Principal Parts: eo, ire, ii, iturus

<b>Present Indicative</b>	<b>Imperfect Indicative</b>	<b>Future Indicative</b>
eo imus	ibam, <i>etc.</i>	ibo ibimus
is itis		ibis ibitis
it eunt		ibit ibunt
<b>Present Subjunctive</b>	<b>Imperfect Subjunctive</b>	
eam eamus	irem, <i>etc.</i>	
eas eatis		
eat eant		
<b>Perfect Indicative</b>	<b>Past Perfect Indicative</b>	<b>Future Perfect Indicative</b>
ii iimus	ieram, <i>etc.</i>	iero, <i>etc.</i>
isti istis		
iiit ierunt (-ere)		
<b>Perfect Subjunctive</b>	<b>Past Perfect Subjunctive</b>	
ierim, <i>etc.</i>	issem, <i>etc.</i>	

**Forms of 'volo'**

Principal Parts: volo, velle, volui

<b>Present Indicative</b> volo volumus vis vultis vult volunt	<b>Imperfect Indicative</b> volebam, <i>etc.</i>	<b>Future Indicative</b> volam voles <i>etc.</i>
<b>Present Subjunctive</b> velim velimus velis velitis velit velint	<b>Imperfect Subjunctive</b> vellem, <i>etc.</i>	
<b>Perfect Indicative</b> volui, <i>etc.</i>	<b>Past Perfect Indicative</b> volueram, <i>etc.</i>	<b>Future Perfect Indicative</b> voluero, <i>etc.</i>
<b>Perfect Subjunctive</b> voluerim, <i>etc.</i>	<b>Past Perfect Subjunctive</b> voluissem, <i>etc.</i>	

**Forms of 'nolo'**

Principal Parts: nolo, nolle, nolui

<b>Present Indicative</b> nolo nolumus non vis non vultis non vult	<b>Imperfect Indicative</b> nolebam, <i>etc.</i>  nolunt	<b>Future Indicative</b> nolam noles <i>etc.</i>
<b>Present Subjunctive</b> nolim, <i>etc.</i>	<b>Imperfect Subjunctive</b> nollem, <i>etc.</i>	

**Forms of 'malo'**

Principal Parts: malo, malle, malui

<b>Present Indicative</b> malo malumus mavis mavultis mavult malunt	<b>Imperfect Indicative</b> malebam, <i>etc.</i>	<b>Future Indicative</b> malam males <i>etc.</i>
<b>Present Subjunctive</b> malim, <i>etc.</i>	<b>Imperfect Subjunctive</b> mallem, <i>etc.</i>	

## Lesson XI

## SCIPIO AFRICANUS, (continued)

*Scipio Takes the War to Africa*

Postea iter longum per Hispaniam fecit, ut cum Masinissa quoque colloqueretur, quem comitate atque maiestate facile conciliavit. Numida gratias egit quod Scipio fratris filium remisisset dixitque se velle in fide atque amicitia populi Romani esse; Romanos, si Scipionem ducem in Africam mitterent, brevi tempore Carthaginem capturos esse. Scipio, fide data acceptaque, in castra rediit atque mox Romam profectus est. 5

Cum ibi consul ingenti favore factus esset, Sicilia ei provincia decreta est permissumque ut in Africam transiret. Dum in Sicilia bellum parat, Romam ab inimicis eius nuntiatum est imperatorem exercitumque Syracusarum amoenitate licentiaque corrumpi. Legatis a senatu Syracusas ad haec cognoscenda missis, Scipio milites in terra decurrentes, classem in portu simulacrum navalis pugnae edentem, armamentaria, horrea, belli alium apparatus ostendit; tantaque admiratio legatos cepit ut satis crederent aut illo duce atque exercitu vinci Carthaginenses aut nullo alio posse. Senatus igitur censuit ut Scipio quam primum in Africam transiret. 10 15

Scipioni in Africam advenienti Masinissa se coniunxit cum parva manu equitum. Syphax, qui a Romanis ad Poenos defecerat, captus est Romamque missus. Denique Carthaginenses, salute desperata ob multas victorias Scipionis, Hannibalem ex Italia revocaverunt.

*Scipio vs. Hannibal*

Frendens gemensque ac vix a lacrimis temperans dicitur legatorum verba audisse. Respexit saepe Italiae litora, se accusans quod non victorem exercitum statim ab Cannensi pugna Romam duxisset. Zamam venit, quae urbs quinque dierum iter ab Carthagine abest. Inde praemissi speculatores excepti sunt ab custodibus Romanis et ad Scipionem deducti. Ille autem iussit eos per castra circumduci et ad Hannibalem dimisit. 20 25

Deinde, quaerente colloquium Hannibale, dies locusque constituitur. Itaque congressi sunt duo maximi suae aetatis duces. Paulisper tacuerunt admiratione mutua defixi. Cum vero de condicionibus pacis inter eos non convenisset, ad suos se receperunt renuntiantes armis decernendum esse. Commisso deinde proelio Hannibal victus cum paucis equitibus fugit. 30



Pax Carthaginiensibus data est eis condicionibus quae Romanos suae partis orbis terrarum dominos facerent. Pace terra marique parta, Scipio exercitu in nave imposito Romam profectus est. Per Italiam laetam pace non minus quam victoria iter fecit. Non urbes modo ad habendos honores effusae sunt, sed agrestium etiam turba vias obsidebat. Triumpho omnium clarissimo urbem est invecus cognomenque Africanum sibi sumpsit. 35

## Vocabulary

<b>admiratio, admirationis, f.</b> - admiration, wonder	<b>itaque, conj.</b> - therefore, and so
<b>brevis, -e</b> - short	<b>laetus, -a, um</b> - happy
<b>castra, -orum, n.</b> - camp ( <i>plural only</i> )	<b>legatus, -i, m.</b> - ambassador, lieutenant
<b>cognosco, cognoscere, cognovi, cognitus</b> - learn, know	<b>modo, adv.</b> - just now, only
<b>colloquium, -i, n.</b> - conference, parley	<b>mox, adv.</b> - soon
<b>congregior, congregi, congressus est</b> - come together	<b>obsideo, obsidere, obsedi, obsessus</b> - besiege
<b>decerno, decernere, decrevi, decretus</b> - decide, decree	<b>orbis, -is, m.</b> - circle, world
<b>dimitto, dimittere, dimisi, dimissus</b> - send away	<b>paulisper, adv.</b> - for a little while
<b>duco, ducere, duxi, ductus</b> - lead	<b>portus, portus, m.</b> - harbor
<b>excipio, excipere, excepi, exceptus</b> - take out, take	<b>respicio, respicere, respexi, respectus</b> - look back
<b>fides, fidei, f.</b> - faith	<b>salus, salutis, f.</b> - safety, health
<b>gratia, -ae, f.</b> - thanks	<b>transeo, transire, transii, transiturus</b> - go across
	<b>verus, -a, -um</b> - true
	<b>vix, adv.</b> - barely, scarcely

## Important Names

Carthaginienses (Poeni)	Scipio
Carthago	Sicilia
Hannibal	Syracusae
	Zama

## English to Latin

1. The Numidian said that he wanted to be friendly to the Roman people and if they sent Scipio to Africa, they would soon take Carthage.
2. With Sicilia having been decreed his province, it was permitted that he cross into Africa.
3. Scipio gave the Carthaginians peace on terms that made the Romans masters on both land and sea.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, say whether Hannibal or Scipio was the better general, and why you think so. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## COMPARATIVES, SUPERLATIVES, & ADVERBS

### Comparatives & Superlatives

Comparatives and superlatives are formed from the **stem** of adjective, found by removing the genitive singular ending.

Adjective	Genitive	Stem	Comparative	Superlative
longus	longi	long-	longior, longius	longissimus, -a, -um
fortis, -e	fortis	fort -	fortior, fortius	fortissimus, -a, -um

NOTE: if the stem ends in 'r' or 'l', the superlative is formed by doubling the 'r' or 'l', and adding "-imus". E.g., facilis, *stem*: facil-, *superlative*: facillimus; miser, *stem*: miser, *superlative*: miserrimus

Comparatives are declined as third declension adjectives (not i-stem):

	M. & F.	Neuter	M. & F.	Neuter
	<i>Singular</i>		<i>Plural</i>	
<i>Nominative</i>	longior	longius	longior	longiora
<i>Genitive</i>	longioris	longioris	longiorum	longiorum
<i>Dative</i>	longiori	longiori	longioribus	longioribus
<i>Accusative</i>	longior	longius	longiores	longiora
<i>Ablative</i>	longiore	longiore	longioribus	longioribus

### Irregular comparatives and superlatives

Positive	Comparative	Superlative
bonus	melior, melius	optimus
malus	peior, peius	pessimus
magnus	maior, maius	maximus
parvus	minor, minus	minimus
multus	—, plus	plurimus
inferus	inferior, inferius	infimus <i>or</i> imus
superus	superior, superius	supremus <i>or</i> summus
—	prior, prius	primus
—	propior, propius	proximus
—	ulterior, ulterius	ultimus

### Adverbs

Adverbs are also formed from the adjective stem, by adding “-e” to the stem of 1st & 2nd (-us, -a, -um) declension adjectives, and by adding “-iter” to the stem of 3rd declension adjectives. Comparative adverbs take the form of the neuter singular comparative adjective, and superlative adverbs are formed regularly by adding “-e” to the superlative stem.

	Positive	Comparative	Superlative
<i>Adjective</i>	longus (long-)	longior, longius	longissimus, -a, -um
<i>Adverb</i>	longe	longius	longissime
<i>Adjective</i>	fortis (fort-)	fortior, fortius	fortissimus, -a, -uum
<i>Adverb</i>	fortiter	fortius	fortissime

### Irregular Adverbs

Adjective	Adverb
bonus	bene
magnus	magnopere
parvus	parum

## Lesson XII

## GNAEUS POMPEIUS MAGNUS

*Pompey's Rise to Power*

Gnaeus Pompeius bello civili annos viginti tres natus partes Sullae secutus est brevique tempore se ducem peritum praebuit. Imprimis militibus carus erat, quod nullum laborem vitabat atque cum omnibus saltu, cursu, luctando certabat. Coactis reliquiis eius exercitus cui pater praefuerat ad Sullam ex Asia advenientem contendit, et in itinere tres hostium exercitus aut superavit aut sibi adiunxit. Sulla imperatorem eum salutavit semperque maximo honore habuit. 5

Postea Pompeius Siciliam recipere atque paulo post cum Numidiam intra dies quadraginta devicisset, a Sulla iussus est exercitum dimittere atque Romam redire. Ei advenienti incredibilis hominum multitudo obviam iit; Sulla quoque laetus eum excepit et Magni cognomine salutavit. Nihilominus Pompeio triumphum petenti restitit; neque vero Pompeius ea re a proposito deterritus est aususque dicere plures adorare solem orientem quam occidentem; quae vox significabat Sullae potentiam minui, Pompeii crescere. Ea voce audita Sulla audacia adulescentis percussus "Triumphet! Triumphet! Triumphet!" clamavit. 10 15

*Further Military Glory*

Dum in Hispania militat, in proelio quodam maximum periculum subiit; cum enim miles ingenti corporis magnitudine impetum in eum fecisset, Pompeius eius manum abscidit; sed multis in eum concurrentibus vulnus in femore accepit et a suis fugientibus desertus in hostium potestate erat. At praeter spem evasit; barbari enim equum eius auro phalerisque eximiis instructum ceperant. Dum de praeda inter se certant, Pompeius effugit. 20

*Civil War & Death*

Paucis post annis in Asiam magno exercitu missus esset contra Mithridatem, Ponticum regem, quocum Romani aliquot annos contendebant. Rex diu castris se continuit neque pugnandi facultatem dedit. Cum autem frumentum deficere coepisset, fugere conatus est. At 25

Pompeius secutus hostem tertia nocte in saltu quodam interceptit lunaque adiuvente fudit. Nam cum Romani lunam a tergo haberent, hostes longis umbris corporum Romanorum decepti in umbras tela coniecerunt. Victus Mithridates in Pontum profugit. Postea desperatis fortunis veneno vitam finire frustra conatus est; adversus enim venena multis antea medicamentis corpus firmaverat. Impetravit inde a milite Gallo ut se gladio interficeret.

Postea, orta inter Pompeium et Caesarem gravi dissensione, quod hic superiorem, ille parem ferre non poterat, bellum civile exarsit. Caesar infesto exercitu in Italiam venit. Pompeius, relicta Italia, Thessaliam petivit et cum eo consules senatusque magna pars; quem insecutus Caesar apud Pharsalum acie fudit. Victus Pompeius ad Ptolemaeum, Aegypti regem profugit; ille Pompeium interfeci iussit. Ita Pompeius sub oculis uxoris et liberorum interfectus est, caput praecisum, truncus in Nilum coniectus. Deinde caput ad Caesarem delatum est, qui eo viso lacrimas non continuit.

## Vocabulary

advenio, advenire, adveni, adventum	fundo, fundere, fudi, fusum
apud, <i>prep. w/ acc.</i>	impetro, (1)
certo, (1)	nox, noctis - <i>fem.</i>
civilis, -e - <i>adj.</i>	nullus, -a, -um
concurro, concurrere, concurrere,	orior, oriri, ortus - <i>deponent</i>
concursum	paulo - <i>adv. from</i> paulus, -a, -um
conor, -ari - <i>deponent</i>	praebeo, praebere, praebui, praebitum
contendo, contendere, contendi,	praesum, praesesse, praefui
contentum	profugio, profugere, profugi
contineo, continere, continui,	triumpho, (1)
contentum	umbra, -ae - <i>fem.</i>
cresco, crescere, crevi, cretum	venenum, -i - <i>neuter</i>
deterreo, detertere, deterrui, deterritum	vox, vocis - <i>fem.</i>

## English to Latin

1. Pompey, having been wounded in the thigh, beyond hope escaped while the enemy argued amongst themselves over the loot.
2. There was great disagreement between Pompey and Caesar, because the latter couldn't bear a superior, the former couldn't bear an equal.
3. The head of Pompey was cut off, his body thrown in the river, and with the head being seen, Caesar couldn't hold back tears.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, discuss the characteristics and/or actions of Pompey you found most interesting (good, bad, entertaining, etc., and why). Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## CASES - PART I

### nominative

- subject: place before verb

**puella** aquam portat - "the **girl** carries water"

**servus** currit - "the **slave** runs"

- predicate nominative: place after verb

Romulus appellatus est **rex** - "Romulus was named **king**"

agricola est **malus** - "the farmer is **bad**"

### genitive

- possession: "of", "s"

liber **pueri** - "the **boy's** book", "the book of **the boy**"

- "objective" genitive: "of", "for"

**regni** cupido - "desire **for the kingdom**"

**genitive, *continued***

- genitives of price, charge, material: “of”, “for”

**virī interfecti** condemnatus - “condemned **of killing a man**”

- object of special verbs: after verb

Common verbs with genitive objects:

obliviscor - forget

memini - remember

**iniuriāe** meminit - “he remembers the **injustice**”

**dative**

- indirect object: “to”, “for”

Marcus **puellae** librum dat - “Marcus gives the book **to the girl**”

- possession: “to”, “for”, or “have”

equus est **mihi** - “there is a horse **for me**,” i.e., “I have a horse”

- “interest”: “to”, “for”

bonum est **tibi** - “it is good **for you**”

- purpose: “to”, “for”

**beneficio** est - “it is **for a benefit**,” i.e., “it is a benefit”

- double dative (datives of “interest” and purpose): “to”, “for”

**auxilio Caesarī** venit - “he came **to help Caesar**,” literally “**for help for Caesar**”

- object of special verbs: (after verb)

Common verbs with dative objects:

praesum - “be in charge of”

**exercitū** praest - “he is in charge of the **army**”

parco - “spare”

& many compound verbs

## Lesson XIII

## GAIUS IULIUS CAESAR

*Early Career*

C. Iulius Caesar, nobilissima Iuliorum familia natus, agens annum sextum et decimum patrem amisit. A puero videtur popularem factionem in re publica secutus esse, eo magis quod Marius Iuliam, Caesaris amitam, in matrimonium duxisset. Ipse Corneliam duxit uxorem, filiam Cinnae, qui Sullae inimicissimus erat. Cum Sulla victor Caesarem, sicut multos alios, iussisset uxorem repudiare, ille recusavit. Bonis deinde spoliatus cum etiam ad necem quaereretur, mutata veste nocte urbe elapsus est. Quamquam tum quartanae morbo laborabat, prope per singulis noctes latebras commutare cogebatur et denique a Sullae liberto comprehensus est. Ei vix, data pecunia, persuasit ut se dmitteret. Postremo per propinquos et affines suos veniam impetravit. Satis tamen constat Sullam monuisse eos qui adulescenti veniam petebant eum aliquando nobilium partibus exitio futurum esse; nam Caesari multos Marios inesse.

Mortuo Sulla, Rhodum secedere statuit, ut per otium Apollonio Moloni, tum clarissimo dicendi magistro, operam daret. Huc dum transit, a praedonibus captus est mansitque apud eos prope quadraginta dies. Per omne autem illud spatium ita se gessit ut praedonibus pariter terrori venerationique esset. Redemptus inde ab amicis classem contraxit captosque praedones cruce affecit, quod supplicium saepe inter iocum minatus erat.

Aedilis praeter comitium ac forum etiam Capitolium ornavit porticibus. Venationes autem ludosque apparatissimos et cum collega M. Bibulo et separatim edidit. His rebus patrimonium effudit tantumque aes alienum conflavit ut ipse diceret sibi opus esse milies sestertium, ut haberet nihil.

*The Consulship of "Julius & Caesar"*

Postea societatem cum Gnaeo Pompeio et Marco Crasso iunxit, ne quid ageretur in re publica, quo displiceret ulli ex tribus. Consul deinde creatus cum M. Bibulo primus omnium consulum instituit ut diurna acta et senatus et populi perscriberentur atque ederentur. Aliquot leges pro Pompeio et Crasso sociis pertulit, praecipueque effecit ut ipse provinciam



Galliam obtineret. Bibulus, cum frustra legibus obstisset, per reliquum 30  
 anni tempus domo abditus curia abstinuit. Nonnulli igitur, cum tabulas  
 signarent, per iocum addiderunt non “Caesare et Bibulo”, sed “Iulio et  
 Caesare” consulibus.

## Vocabulary

collega, -ae - *masc.*

comitium, -i - *neuter*

edo, edere, edidi, editum

efficio, efficere, effeci, effectum

exitium, -i - *neuter*

iocus, -i - *masc.*

lex, legis - *fem.*

libertus, -i - *masc.*

nihil, *indeclinable*

nobilis, -e - *adj.*

praedo, -onis - *masc.*

prope - *adv. & prep.*

reliquus, -a, -um

statuo, statuere, statui, statutum

vestis, -is - *fem.*

## English to Latin

1. Sulla was warning those who sought forgiveness for young Caesar that he would be the destruction of the republic.
2. Caesar ran up such a great debt that he used to say that he needed many thousands of sesterces to have nothing.
3. He joined an alliance with Pompey and Crassus, so that he himself could obtain the province of Gaul.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, discuss the characteristics and/or actions of young Caesar you find most relevant to his future as ruler of Rome (tell why). Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## CASES - PART II

### accusative

- direct object: (after verb)

Marcus puellae **librum** dat - "Marcus gives the **book** to the girl"

- extent of space or time: "**for**"

Romulus **multos annos** regnavit - "Romulus ruled **for many years**"

- motion towards: "**to**", "**towards**"

**Romam** iter fecit - "he made a journey **to Rome**"

in **Galliam** profectus est - "he set out **to Gaul**"

sub **moenia** venit - "he came **to the foot of the walls**"

- prepositions

Common prepositions which take the accusative:

**ad** - "to"

**in** - "into"

**sub** - "underneath", "to the foot of"

**per** - "through"

**ob** - "on account of", "in the way of"

**propter** - "on account of"

**apud** - "at the house of", "among"

### ablative

- means: "**with**", "**by means of**"

eum **gladio** interfecit - "he killed him **with a sword**"

- place where, time when: "**at**", "**in**", "**on**"

**quarta hora** - "**at the fourth hour**"

**decem diebus** - "**within ten days**"

- separation: "**from**", "**out of**", "**down from**"

**Roma** discessit - "she departed **from Rome**"

**ablative, *continued***

- comparison: “**than**”

Marcus est altior **Rufo** - “Marcus is taller **than Rufus**”

- ablative absolute: “**with....** ”

**urbe capta**, barbari fugerunt - “**with the city having been captured**, the barbarians fled”

- accompaniment: “**with**”

cum **Marco** - “with **Marcus**”

(cum) **magna celeritate** - “with **great speed**”

- agent (with “ab”): “**by**”

legati **a Marco** missi sunt - “ambassadors were sent **by Marcus**”

- prepositions: (after preposition)

Common prepositions with ablative:

**cum** - “with”

**ex, e** - “out of”

**ab, a** - “from”, “by” (agent)      **de** - “about”, “down from”

**pro** - “on behalf of”                      **in** - “on”, “on”

**sub** - “under”

- object of special verbs: (after verb)

Common verbs:

**utor** - “use”

**fruor** - “enjoy”

**potior** - “get possession of”

**locative**

- place where: “**at**”, “**in**”, “**on**”

Common locatives:

**Romae** - “at **Rome**”

**domi** - “at **home**”

**ruri** - “in the **country**”

**Athenis** - “at **Athens**”

## Lesson XIV

## “VENI, VIDI, VICI”

“*All Gaul...*”

Caesar, consulatu peracto, novem annis Galliam in potestatem populi Romani redegit. Germanos quoque aggressus est atque primus imperatorum Romanorum in Britanniam transiit. Ipse commentarios rerum gestarum confecit, quibus alios uti in scribenda historia voluit. Sed, ut ait Cicero, “sanos quidem homines a scribendo deterruit; nihil est enim in historia pura et illustri brevitate dulcius.” 5

Cum interea Crassus apud Parthos interfectus esset, et mortua Iulia, Caesaris filia, quae nupta Pompeio generi socerique concordiam tenebat, statim aemulatio erupit. Denique Caesar, ut se tueretur, postulavit ut ex lege ante lata sibi absentem alterum consulatum petere liceret. Hoc inimici, Pompeio probante, negaverunt atque iusserunt Caesarem ante certam diem exercitum provinciamque tradere. 10

*Civil War - “The Die is Cast”*

Iniuria incensus ad Rubiconem flumen, qui provinciae finis erat, cum exercitu processit. Ibi paulum moratus, ut fama fert, “etiam nunc,” inquit, “regredi possumus; quod si hoc flumen transierimus, omnia armis agenda erunt.” Postremo exclamavit: “Iacta est alea.” 15

In Epirum profectus Pompeium Pharsalico proelio superavit et fugientem ad Aegyptum persecutus est. Ptolemaeum regem, qui Pompeium interfici iusserat insidiasque Caesare tendebat, vicit atque regnum Cleopatrae fratrique minori permisit. Pharnacem, Mithridatis filium, qui occasione temporum ad rebellandum utebatur, tam cito fudit ut celeritatem victoriae postea tribus verbis significaret, “veni, vidi, vici,” Deinde Scipionem et Iubam, Numidiae regem, qui reliquas Pompeianarum partium in Africa cogerat, devicit. Postremo Pompeii filios in Hispania superavit; quod proelium tam acre tamque dubium fuit ut Caesar equo descenderet consistensque ante suos cedentes fortunam increparet, quod se in eum exitum servasset, denuntiaretque militibus vestigio se non recessurum. Verecundia magis quam virtute acies restituta est. Romam inde rediit, ubi quater triumphavit. 20 25 30

Bellis civilibus confectis conversus iam ad administrandam rem publicam fastos correxit annumque ad cursum solis accomodavit. Senatum supplevit, comitiisque cum populo divisit sibi sumpsit ius nominandae dimidiae partis candidatorum. Ius laboriosissime ac severissime dixit.

## Vocabulary

acer, acris, acre

cedo, cedere, cessi, cessum

celeritas, -atis - *fem.*

consulatus, -us - *masc.*

devinco, devincere, devici, devictum

genus, -eris - *neuter*

inimicus, -a, -um

moror, morari - *deponent*

nego, (1)

paulum - *adv.*

persequor, persequi, persecutus -

*deponent*

postremo - *adv.* (see posterus, -a -um)

quidem - *adv.*

scribo, scribere, scripsi, scriptum

sol, solis - *masc.*

tam - *adv.*

tueor, tueri, tuitus/tutus - *deponent*

utor, uti, usus - *deponent*

## English to Latin

1. When Caesar himself wrote commentaries of his achievements, Cicero said that there was nothing in history sweeter than pure brevity.
2. Having paused at the Rubicon, "if we cross this river," Caesar said, "everything will have to be done by arms."
3. In Spain the battle was so doubtful that Caesar dismounted from his horse and declared to his soldiers that he would not retreat.
4. With the civil wars finished, Caesar turned to administering the republic and reconciled the year to the course of the sun.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, say whether you think Caesar was right to cross the Rubicon and why. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## Lesson XV

## CAESAR'S ASSASSINATION

*The Ides of March*

Eum talia agentem mors praevenit. Dictator enim in perpetuum creatus agere insolentius coepit: senatum ad se venientem sedens excepit et quendam ut assurgeret monentem irato vultu respexit. Cum Antonius, comes Caesaris in omnibus bellis et tum consulatus collega, capiti eius in sella aurea sedentis pro rostris diadema, insigne regium, imposuisset, id 5  
ita ab eo est repulsum ut non offensus videretur. Quare amplius sexaginta viri, Cassio et Bruto ducibus, in eum coniuraverunt atque constituerunt eum Idibus Martiis in senatu interficere.

Quamquam prodigia eum deterrebant, et haruspex Spurinna monebat ut caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur, statuit tamen 10  
eo die senatum habere. Dum curiam intrat, Spurinnam irrisit, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae adessent. "Venerunt quidem," inquit Spurinna, "sed non praeterierunt." Caesarem assidentem coniurati specie officii circumsteterunt; unus deinde quasi aliquid rogaturus propius accessit et, cum Caesar renueret, ab utroque humero togam apprehendit. Dum Caes- 15  
sar clamat "ista quidem vis est," Casca eum adversum vulnerat paulum infra iugulum. Caesar Cascae brachium arreptum graphio traiecit conatusque prosilire alio vulnere tardatus est. Deinde ut animadverti undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvitur et tribus et viginti 20  
plagis confossus est. Cum Marcum Brutum, quem filii loco habebat, in se irruentem vidisset, Graece dixisse fertur: "Tu quoque, mi fili!"

Percussorum autem nemo fere triennio amplius supervixit. Damnati omnes variis casibus perierunt, pars naufragio, pars proelio; nonnulli semet interfecerunt eodem illo pugione, quo Caesarem confoderant.

*Character and Appearance*

Fuisse traditur excelsa statura, ore paulo leniore, nigris vegetisque 25  
oculis, capite calvo; quam deformitatem, quod saepe obtrectatorum iocis obnoxia erat, aegre ferebat. Ideo ex omnibus honoribus sibi a senatu populoque decretis non alium aut recepit aut usurpavit libentius quam ius

laureae perpetuo gestandae. Vini parcissimum eum fuisse ne inimici quidem negaverunt. Verbum Catonis est, unum ex omnibus Caesarem ad evertendam rem publicam sobrium accessisse. Armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens; in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber erat. Longissimas vias incredibili celeritate conficiebat, ut persaepe nuntios de se praeveniret; neque eum morabantur flumina, quae vel nando innixus inflatis utribus transibat. 30

Dominationis cupidus a prima aetate fuisse existamatur; dictus autem est semper hos versus Euripidis, Graeci poetae, in ore habuisse:

“Nam si violandum est ius, regnandi gratia  
Violandum est, aliis rebus pietatem colas.” 40

## Vocabulary

accedo, accedere, accessi, accessum	perpetuus, -a, -um
aeger, aegra, aegrum	pietas, -atis - <i>fem.</i>
agmen, agminis - <i>neuter</i>	pugio, pugionis - <i>masc.</i>
amplus, -a, -um	repello, repellere, reppuli, repulsum
coniuro, (1)	rostrum, -i - <i>neuter</i>
existimo, (1)	sedeo, sedere, sedi, sessum
fere - <i>adv.</i>	semper - <i>adv.</i>
impono, imponere, imposui, impositum	seu - <i>see sive</i>
incredibilis, -e	ultra - <i>adv. &amp; prep.</i>
moneo, monere, monui, monitum	vulnus, vulneris - <i>neuter</i>
pereo, perire, perii & perivi, peritum	

## English to Latin

1. When Antonius had placed a royal diadem on his head, he pushed it away so that he would not seem offensive.
2. He covered his head in his toga and said in Greek to Marcus Brutus, whom he saw rushing up against him, “you too, my son!”
3. He gladly accepted the right of always wearing a laurel wreath so that he might cover his bald head, which had been subject to jokes.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, give your overall assessment of Caesar, discussing any of his actions or characteristics we have discussed. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## PARTICIPLES

### uses of participles

- “circumstantial”

A participle may be used like an adjective, with the verbal idea of the participle describing an action in addition to the main verb.

virum **fugientem** cepit - “he caught the **fleeing** man”

vir **vulneratus** movere non potuit - “the **(having been) wounded** man was not able to move”

milites **pugnaturi** e castris venerunt - “the soldiers, **being about to fight**, went out of the camp”

- ablative absolutes

A participle may be used as the verb of an ablative absolute (Lesson 2)

duce **interfecto**, milites fugerunt - “**with the leader having been killed**, the soldiers fled”

### tenses of participles

- present - *same time* as main verb

virum **fugientem** cepit - “he caught the **fleeing** man

- perfect - completed *before* main verb

vir **vulneratus** movere non potuit - “the **(having been) wounded** man was not able to move”

- future - *after* main verb

milites **pugnaturi** e castris venerunt - “the soldiers, **being about to fight**, went out of the camp”



## Lesson XVI

## MARCUS TULLIUS CICERO

*Family and Education*

Marcus Tullius Cicero, equestri genere, Arpini, quod est Volscorum oppidum, natus est. Nondum adultus a patre Romam missus est, ut celeberrimorum magistrorum scholis interesset atque eas artes disceret; quod magno successu magnaque admiratione et praeceptorum et ceterorum discipulorum fecit. 5

Cum nulla re magis ad summos in re publica honores viam muniri posse intellexeret quam arte dicendi et eloquentia, toto animo in eius studium incubuit; in quo quidem ita versatus est ut non solum eos qui in foro et iudiciis causas dicerent studiose sectaretur, sed privatim quoque diligentissime se exerceret. Primum eloquentiam et libertatem adversus Sullanos ostendit. Erat enim Roscius quidam, de parricidio accusatus, quem ob potentiam Chrysogoni, Sullae liberti, qui in eius adversariis erat, nemo alius defendere audebat; Cicero tamen tanta eloquentiae vi eum defendit ut iam tum in arte dicendi nemo ei par esse videretur. Postea Athenas studiorum gratia petiit, ubi Antiochum philosophum studiose audivit. Inde eloquentiae causa Rhodum se contulit, ubi Molonem, Graecum rhetorem tum disertissimum, magistrum habuit. Qui cum Ciceronem dicentem audivisset, flevisse dicitur, quod per hunc Graecia eloquentiae laude privaretur. 10 15

*Early Career*

Romam reversus quaestor Siciliam habuit. E Sicilia reversus Romam in causis dicendis ita floruit ut inter omnes causarum patronos et esset et haberetur princeps. 20

Consul deinde factus L. Sergii Catilinae coniurationem egregia virtute, constantia, cura compressit. Catilina rei familiaris, quam profuderat, inopia et dominandi cupiditate incensus erat indignatusque quod in petitione consulatus repulsam passus esset; coniuratione igitur facta senatum interemere, consules trucidare, urbem incendere, diripere aerarium constituerat. Cicero autem in senatu, praesente Catilina, vehementem orationem habuit et consilia eius patefecit; tum ille, incendium suum ruina 25

se restincturum esse minitans, Roma profugit et ad exercitum, quem paraverat, profectus est signa illaturus urbi. Sed socii eius, qui in urbe remanserant, comprehensi in carcere necati sunt. 30

Neque eo magis ab incepto Catalina destitit, se infestis signis Romam petens exercitu Antonii, Ciceronis collegae, opprimitur. Quam atrociter dimicatum sit exitus docuit: nemo hostium bello superfuit; nam quem locum quisque in pugnando ceperat, eum mortuus tegebat. Catalina longe a suis inter hostium cadavera repertus est - pulcherrima mors, si pro patria sic concidisset! Senatus populusque Romanus Ciceronem patrem patriae appellavit. 35

## Vocabulary

ars, artis - <i>fem.</i>	ita - <i>adv.</i>
atrox, atrocis - <i>adj.</i>	iudicium, -i - <i>neuter</i>
ceterus, -a, -um	libertas, libertatis - <i>fem.</i>
comprehendo, comprehendere, comprehendi, comprehensum	magister, magistri - <i>masc.</i>
coniuratio, coniurationis - <i>fem.</i>	nemo, neminis - <i>masc. &amp; fem.</i>
exitus, -us - <i>masc.</i>	opprimo, opprimere, oppressi, oppressum
incendo, incendere, incendi, incensum	studium, -i - <i>neuter</i>
infestus, -a, -um	vehemens, vehementis - <i>adj.</i>
intellego, intellegere, intellexi, intellectum	

## English to Latin

1. Cicero knew that the art of speaking and eloquence were the road to high honors in the republic, and he learned those arts.
2. Molon is said to have wept when he heard Cicero speaking because he knew that Greece would lose praise for eloquence.
3. Cicero, with Catiline present, gave a violent speech, and he revealed to the senate that Cataline had decided to burn the city and steal the treasury.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, discuss Cicero's character as revealed in his early career. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## INFINITIVES

### uses of infinitives

- subject

The infinitive (usually present) acts as the subject (neuter singular) of the sentence.

**errare** est humanum - "to **err** is human"

- complementary & object

The infinitive (usually present) either completes the meaning of a verb (complementary) or acts as a direct object (neuter singular) of the verb.

non potest **venire** - "he is not able to **come**"

me **discedere** iubet - "he orders me to **depart**"

- indirect statement

The infinitive (with an accusative subject) serves as the verb in statements, thoughts, perceptions, etc., which are reported indirectly, not quoted.

dixit eum **pugnare** - "he says that he **is fighting**"

### subjects of infinitives

The subject of an infinitive is accusative, unless its subject is also the subject of the main verb.

**me** discedere est bonum - "it is good that **I** leave" (accusative)

**Caesar** dicitur esse **calvus** - "**Caesar** is said to be **bald**" (both nom. case)

## tenses of infinitives

- present - *same time* as main verb

dicit eos **venire** - "he says that they **are coming**"

dixit eos **venire** - "he said that they **were coming**"

- perfect - completed *before* main verb

dicit eos **venisse** - "he says that they **came**"

dixit eos **venisse** - "he said that they **had come**"

- future - *after* main verb

dicit eos **venturos esse** - "he says that they **will come**"

dixit eos **venturos esse** - "he said that they **would come**"

## Lesson XVII

## CICERO - PART 2

*Exile*

Paucis post annis Ciceroni diem dixit Clodius, tribunus plebis, quod cives Romanos indicta causa necavisset. Senatus maestus, tamquam in publico luctu, veste mutata, pro eo deprecabatur. Cicero, cum posset armis salutem suam defendere, maluit ex urbe cedere quam sua causa caedem fieri. Profiscentem omnes boni flentes persecuti sunt. Deinde Clodius edictum proposuit, ut Marco Tullio igni et aqua interdiceretur; illius domum et villas incendit. Sed vis illa non diuturna fuit; mox enim totus fere populus Romanus ingenti desiderio Ciceronis reditum flagitare coepit, et maximo omnium ordinum studio Cicero in patriam rediit, accidit iucundius. Obviam et redeunti universi ierunt; domus eius publica pecunia restituta est.

*Civil War and Death*

Gravissimae inimicitiae illa tempestate inter Caesarem et Pompeium ortae sunt, ut res nisi bello componi non posse videretur. Cicero quidem summo studio enitebatur ut eos inter se reconciliaret et a belli civili calamitatibus deterreret; sed cum neutrum ad pacem ineundam movere posset, Pompeium secutus est. Tamen a Caesare victore veniam accepit. Cum Caesar occisus esset, Octaviano, Caesaris heredi, favit Antonioque adversatus est, atque effecit ut ille a senatu hostis iudicaretur.

Sed Antonius, inita cum Octaviano societate, Ciceronem iam diu sibi inimicum proscripsit. Qua re audita, Cicero transversis itineribus in villam, quae a mari non longe aberat, fugit indeque navem conscendit, in Macedoniam transiturus. Cum aliquotiens in altum provectus ventis adversis relatus esset, neque iactationem mare pati posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit; aliquando regressus ad villam "moriar," inquit, "in patria saepe servata." Adventantibus percussoribus, servi parati ad dimicandum erant; sed ipse eos deponere lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussit. Prominenti ex lectica et immotam cervicem praebenti caput praecisum est. Manus quoque praecisae sunt; caput relatum est ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum.

### *Wit and Wisdom*

Multa extant facete ab eo dicta: Cum matrona quaedam iuniorem se quam erat simulans dicitaret se triginta tantum annos habere, Cicero 30  
 “verum est,” inquit, “nam hoc viginti annos audio.” Caesar, altero consule mortuo die Decembris ultima, Caninium consulem hora septima in reliquam diei partem renuntiaverat; quem cum plerique irent salutatum de more, “festinemus,” inquit Cicero, “priusquam abeat magistratu.” De eodem Caninio scripsit Cicero: “Fuit mira vigilantia Caninius, qui toto suo 35  
 consulatu somnum non viderit.”

### Vocabulary

aliquando - <i>adv.</i>	muto, (1)
compono, componere, componui, compositum	neco, (1)
depono, deponere, deposui, depositus	nisi - <i>conj.</i>
deprecor, deprecari - deponent	patior, pati, passus - <i>deponent</i>
dimico, (1)	regredior, regredi, regressus - <i>deponent</i>
fleo, flere, flevi, fletum	societas, societatis - <i>fem.</i>
lectica, -ae - <i>fem.</i>	tamquam - <i>adv.</i>
luctus, -us - <i>masc.</i>	villa, -ae - <i>fem.</i>

### English to Latin

1. Cicero, for the sake of saving the city from slaughter, preferred to depart from the city.
2. Cicero thought that Caesar and Pompey had to be deterred from civil war, but he was able to move neither toward entering peace.
3. By the order of Antony the severed head and hands of Cicero had to be placed on the rostra “in the fatherland he had often saved.”

### Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, discuss whether (and why) Cicero’s death matched his character as revealed in the rest of his career. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## PARTICIPLES, CONTINUED

### gerund/gerundive phrases

- “gerund”

The future passive participle can be used by itself as a neuter noun to express the idea of the verb, but used as a noun in the sentence. It usually does **not** have an object. The nominative is replaced by the infinitive, see subject infinitive, above.

**pugnando** (abl.) - “**by fighting**”

ad **pugnandum** - “for **fighting**”

**pugnandi** causa - “for the sake **of fighting**”

- “gerundive”

The future passive participle can also be used as an adjective with a noun in a similar way, except that it is passive - the noun it agrees with receives the action, and is normally translated as the direct object.

ad **hostes pugnandos** - “for **attacking the enemy**”

(literally “for the **enemy being attacked**”)

### passive periphrastic

When combined with a form of **sum**, the future passive participle forms the “passive periphrastic,” which conveys obligation or necessity, and is passive. The dative (not **ab** + the ablative) is used to express agent with the passive periphrastic.

**hostes pugnandi nobis sunt** - “the enemy must be fought by us”

dixit **hostes pugnandos esse** - “he said the **enemy had to be fought**”

## Lesson XVIII

## CICERO'S SPEECH AGAINST CATALINE

*"How Long ..."*

Quo usque tandem abutere, Catalina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

O tempora! O mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consili particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus.

*"Death!"*

Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem quam tu in nos machinaris. An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactentem statum rei publicae privatus interfecit; Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercuerunt. Habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque actoritas huius ordinis; nos, nos, dico aperte, consules desumus.



## Vocabulary

apertus, -a, -um

caedes, -is - *fem.*

confero, conferre, contuli, conlatum

desum, deesse, defui, defuturum

fio, fieri, factus sum

fortis, -e - *adj.*

furor, furoris - *masc.*

gravis, -e - *adj.*

ignoro, (1)

mediocriter - *adv.*

ordo, ordinis - *masc.*

praetereo, praeterire, praeterivi *or*

praeterii, praeteritum

sentio, sentire, sensi, sensum

supplicium, -i - *neuter*

vito, (1)

vivo, vivere, vixi, victum

## English to Latin

1. Cataline, don't you realize that your plans are laid open and that your conspiracy is seen by this gathering of all good men?
2. Who of us does not know what you did last night, where you were, and whom you called together?
3. Oh, the times! Cataline lives and even comes into the senate and marks each and every one of us for slaughter.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, summarize Cicero's condemnation of Cataline and his plea for the death penalty. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## PRONOUNS

### indefinite

- quidam - “a certain”-Used when speaker has someone or something specific in mind, but isn’t naming it.
- aliquis, aliquid - “some”, “any”-Used more generally, no specific case in mind.
- quisque, quidque - “each”-Used to cover all members of a group individually.

### personal, reflexive, intensive

- third person - “he”, “she”, “it”, “they”

Normally *he, she, it, and they* in Latin are forms of **is, ea, id**. Sometimes **ille** is also used. These forms are **not** reflexive, i.e., they can’t refer back to the subject of the sentence

- reflexive

Used to refer back to the subject of the sentence. Cannot be nominative, must agree with subject in person and number. For the first and second persons, forms of the first and second person pronouns are used. For the third person, **sui, sibi, se, se** are used for both the singular and plural.

- intensive

Used to emphasize the identity of someone or something, can be any case. Do not confuse this with the reflexive. The intensive emphasizes that the person or thing itself is meant (accept no substitutes), while the reflexive refers back to the subject of the sentence.

### possessive adjectives

**meus, noster, tuus, vester, suus** are possessive adjectives and are used to show possession for **ego, nos, tu, vos, & se**. Genitives are only used as ‘objective’ genitives and with special verbs. (See Lesson 1)

## Lesson XIX

## RES GESTAE DIVI AUGUSTI

*“To Save the Republic”*

Annos undeviginti natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi, per quem rem publicam a dominatione factionis oppressam in libertatem vindicavi. Res publica ne quid detrimenti caperet, senatus me pro praetore simul cum consulibus providere iussit. Populus autem eodem anno me consulem, cum consul uterque in bello cecidisset, et triumvirum rei publicae constituendae creavit. Qui parentem meum trucidaverunt, eos in exsilium expuli, iudiciis legitimis ultus eorum facinus, et postea bellum inferentis rei publicae vici bis acie. Bella terra et mari civilia externaque toto in orbe terrarum saepe gessi victorque omnibus veniam petentibus civibus peperci. Externas gentes quibus tuto ignosci potuit conservare quam excidere malui. Senatu populoque Romano consentientibus ut curator legum et morum summa potestate solus crearer, nullum magistratum contra morem maiorum delatum recepi. Quae tum per me geri senatus voluit, per tribuniciam potestatem perfeci.

*“Father of His Country”*

In consulatu sexto et septimo, postquam bella civilia exstinxeram, per consensum universorum potius rerum omnium, rem publicam ex mea potestate in senatus et populi que Romani arbitrium transtuli. Quo pro merito meo senatus consulto Augustus appellatus sum et clipeus aureus in curia Iulia positus est, quem mihi senatum populumque Romanum dare virtutis clementiaeque iustitiae et pietatis causa testatum est per eius clipei inscriptionem. Post id tempus auctoritate omnibus praestiti; potestatis autem nihilo amplius habui quam ceteri qui mihi quoque in magistratu collegae fuerunt. Tertium decimum consulatum cum gerebam, senatus et equester ordo populusque Romanus universus appellavit me Patrem Patriae. Cum scripsi haec, annum agebam septuagesimum sextum.

## Vocabulary

aureus, -a, -um  
 clementia, -ae - *fem.*  
 clipeus, -i - *masc.*  
 contra - *adv. & prep.*  
 defero, deferre, detuli, delatum  
 equester, equestris, equestre - *adj.*  
 externus, -a, -um  
 magistratus, -us - *masc.*  
 malo, malle, malui  
 mos, moris - *masc.*  
 perficio, perficere, perfeci, perfectum  
 potestas, -atis - *fem.*  
 potius - *adv.*  
 praesto, praestare, praestiti, praestitum  
 privo, (1)  
 trucido, (1)

## English to Latin

1. The Senate ordered Augustus to see that the republic took no harm, and in the same year made him consul.
2. Although the Senate and Roman people agreed that Augustus be made sole curator of the laws, Augustus himself accepted no office against the custom of the ancestors.
3. While Augustus was serving his thirteenth consulship, the entire Roman people named him the Father of his Country.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, based on his statements above, say which achievements (and why) would Augustus have considered his greatest. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## TENSES

### present, imperfect, & future vs. perfects

The present, imperfect, and future are used for continuing or unfinished action in the present, past, and future, while the perfect, past perfect, and future perfect describe an action which has already been finished in the present, past, and future. The perfect can also be used to describe a simple occurrence of an action in the past, while the present and future tenses are used for simple occurrences of an action in the present and future.

#### Uncompleted Action

present - portat	imperfect - portabat	future - portabit
present simple "he carries"	past continuous "he was carrying"	future simple "he will carry"
present continuous "he is carrying"	past repeated "he used to carry"	future continuous "he will be carrying"

#### Completed Action

perfect - portavit	past perfect - portaverat	future perfect - portaverit
present completed "he has carried"	past completed "he had carried"	future completed "he will have carried"
past simple "he carried"		

## Lesson XX

## PUGNA PHILLIPICA

*Octavian Sets Out to Avenge Julius Caesar's Death*

Caesar Octavianus nihil convenientius duxit quam necem avunculi vindicare tuerique acta. Itaque lege Pedia, quam consul Peditus collega eius tulerat, omnibus qui Caesarem patrem interfecerant aqua ignique interdictum erat. Cum igitur Cassius et Brutus in Macedoniam ab Asia exercitus traiecissent, Caesar quoque et Antonius in Macedoniam profecti sunt et apud urbem Philippos cum Bruto Cassioque acie concurrerunt. Primo pugnae die cornu cui Brutus praecerat, repulsis hostibus, castra Caesaris cepit; id autem in quo Cassius fuerat fugatum ac male mulcatum in altiora se receperat loca. 5

Tum Cassius, ex sua fortuna eventum collegae aestimans, dimisit evocatum iussitque nuntiare sibi quae esset multitudo hominum quae ad se tenderet. Tardius eo nuntiante, cum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium, neque pulvere aut facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse qui iruerent, lacerna caput circumdedit extantamque cervicem interritus liberto praebuit. Deciderat Cassii caput, cum evocatus advenit nuntians Brutum esse victorem. Qui cum imperatorem prostratum videret, "Sequar," inquit, "eum quem mea occidit tarditas," et ita in gladium incubuit. 10 15

*The Defeat of Brutus*

Post paucos deinde dies Brutus iterum confligit cum hostibus et, victus acie, cum in tumultum nocte ex fuga se recepisset, impetravit a Stratone, familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi, impellens se in mucronem gladii eius, uno ictu trasfixus, expiravit protinus. Hunc exitum M. Bruti septimum et tricesimum annum agentis Fortuna esse voluit, incorrupto animo eius in diem quae illi omnes virtutes unius temeritate facti abstulit. Fuit autem dux Cassius melior quanto vir Brutus; e quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium; in altero maior vis, in altero virtus. Qui si vicissent, quantum rei publicae interfuit Caesarem Octavianum potius habere quam Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum quam Cassium. 20 25

Fractis Bruti Cassiique partibus, Antonius, transmarinas obiturus 30  
 provincias, ad Orientem ordinandum substitit. Caesar autem in Italiam  
 ad veteranos municipalibus agris collocandos regressus est. Nec successum  
 victoriae moderatus est, sed, capite Bruti Romam misso ut statuae Caesaris  
 subiceretur, in alios splendidissimos captivos non sine verborum  
 contumelia saeviit 35

## Vocabulary

colloco, (1)	nex, necis - <i>fem.</i>
evoco, (1)	occido, occidere, occidi,
familiaris, -e - <i>adj.</i>	occisum
frango, frangere, fregi, fractum	quoque - <i>adv.</i>
ignis, -is - <i>masc.</i>	tendo, tendere, tetendi,
incumbo, incumbere, incubui,	tentum
incubitum	tumulus, -i - <i>masc.</i>
interdico, interdicere, interdixi,	vindico, (1)
interdictum	
intersum, interesse, interfui,	
interfuturum	

## English to Latin

1. Cassius sent off a re-enlisted veteran to report who the multitude was, which was advancing toward him.
2. The veteran came too late, and when he saw his general stretched out, said that he would fall on his sword.
3. With Brutus and Cassius having been killed, Antony went to set the East in order and Caesar returned to Italy.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell which of the two, Cassius or Brutus, met a better end, and why you think so. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## SUBJUNCTIVES - *USED AS MAIN VERB*

### volitive subjunctive

A present subjunctive (or sometimes a perfect) can be used to express a strong wish on the part of the speaker, or even a command. Its negative is **ne**.

**veniamus** - "let us go!"

pecuniam **capiat** - "let him take the money"

ne id **faciant** - "let them not do that"

**fiat** lux - "let there be light"

### potential/unreal subjunctive

A subjunctive main verb can also express a situation which is hypothetical, impossible, unlikely, or possible, but not currently true. This usage is particularly common in conditional statements.

si dives **essem**, felix **essem** - "if I **were** a rich man, I **would be** happy"



## Lesson XXI

## BELLUM ACTIACUM

*Antony and Cleopatra Reach for World Domination*

Antonius, cum contra Parthos profectus esset, fame et pestilentia laborans pro victo recessit. Expeditione repulsa, captus amore Cleopatrae in regio se sinu reficiebat. Ita mulier Aegyptia ab ebrio imperatore pretium libidinum Romanum imperium petiit; et promisit Antonius. Hic igitur coepit non sibi dominationem parare sed Cleopatrae; nec tacite, sed 5 patriae, nominis, togae oblitus, totus in monstrum illud ut mente ita victu quoque cultuque desciverat: aureum in manu baculum, in latere acinaces, purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis; diadema tantum deerat. Crescente deinde amentia, bellum patriae inferre constituit. Regina igitur comitante, milites suos regiasque naves ad Actium, Ambracii sinus 10 promunturium, contraxit.

Ad primam horum novorum motuum famam Caesar Octavianus a Brundisio traiecerat, ut venienti bello occurreret. Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque, productis classibus, pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis apud Actium navali proelio dimicavere. 15 In serum dimicatione protracta, prima occupavit fugam Cleopatra. Antonius fugientis reginae quam pugnantis militis sui comes esse maluit, et imperator, qui in desertores saevire debuerat, desertor exercitus sui factus est.

*Appointment with an Asp*

Proximo deinde anno Caesar Aegyptum petiit, obsessaque Alexandria, 20 quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Antonius quidem seras condiciones pacis frustra temptans, se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiae crimina morte redimeret. At Cleopatra ad pedes Caesaris provoluta temptavit oculos ducis; sed nequiquam, nam pulchritudo eius infra pudicitiam principis fuit. Nec illa de vita, quae 25 offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperavit et Caesarem se triumpho servare magno opere cupere vidit, incautiorem nancta custodiam, in mausoleum (sepulchra regum sic vocant) se recepit. Ibi ornatissimos, ut solebat, induta cultus in referto odoribus sarcophago iuxta

suum se collocavit Antonium et, inlata aspide, morsu eius, expers muliebris metus, spiritum reddidit. Caesar ambobus communem sepulturae honorem tribuit ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. Sic ultimam bellis civilibus imposuit manum. Fuitque et fortuna et clementia Caesaris dignum, quod nemo ex eis qui contra eum arma tulerant ab eo iussive eius interemptus est. 30 35

## Vocabulary

adeo - <i>adv.</i>	metus, -us - <i>masc.</i>
classis, -s - <i>fem.</i>	opus, operis - <i>neuter</i>
comes, comitis - <i>masc. &amp; fem.</i>	pes, pedis - <i>masc.</i>
contraho, contrahere, contraxi, contractum	ruina, -ae - <i>fem.</i>
cultus, cultus - <i>masc.</i>	saevio, saevire, saevii, saevitum
despero, (1)	serus, -a, -um
dignus, -a, -um	tempto, (1)
infero, inferre, intuli, inlatum	triumphus, -i - <i>masc.</i>

## English to Latin

1. When Antony was caught by the love of Cleopatra, he promised to obtain domination not for himself, but for the Egyptian woman.
2. With Antony's madness growing, Octavian decided to lead his fleet to Actium so that he could meet Antony going to war.
3. Caesar was saving Cleopatra for his triumph, but she placed herself next to Antony and with the bite of an asp gave up her spirit.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, summarize what you find most notable about Antony and Cleopatra and why. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## SEQUENCE OF TENSES

The tense a subjunctive in a subordinate clause is controlled by the tense of the main verb, according to a rule known as the sequence of tenses:

main verb tense	subjunctive tense	
	uncompleted action	completed action
primary or non-past (present, future, future perfect)	present	perfect
secondary or past (perfect, imperfect, past perfect)	imperfect	past perfect

## SUBORDINATE CLAUSES WITH THE SUBJUNCTIVE

### purpose clauses

A purpose clause in Latin is introduced by **ut**, or **ne** for the negative, and a verb in the subjunctive. Although purpose clauses may be translated as infinitives in English, Latin does NOT use infinitives for purpose.

venit ut eam **videat** - "he comes **to see** her (that he might see her)"

fugiunt **ne capiantur** - "they flee **so that they will not be captured**"

### result clauses

A result clause in Latin is introduced by **ut**, a verb in the subjunctive, and usually a word like **tantus** ("so great"), **tam** ("so"), **ita** ("in such a way"), **sic** ("in such a way"), etc. in the main clause.

**tanti** hostes sunt **ut** facile **vincant** - "there are **so many** of the enemy **that they conquer** easily"

### fearing clauses

Fear that something will or will not happen is expressed by a clause with *ut* or *ne* and the subjunctive. However, contrary to purpose clauses, **ne** is *positive*, and **ut** is *negative*. Being afraid to do something is expressed by an infinitive.

timet **ne** hostes **oppugnent** - "he is afraid **that** the enemy **is attacking**"

timet **ut** socii **veniant** - "he is afraid **that** the allies **are not coming**"

timet **pugnare** - "he is afraid **to fight**"

SECTION • THREE

PLINY

## Lesson XXII

## PLINY, EPISTULA 30

*Largius Macedo Attacked by Own Slaves*

Rem atrocem nec tantum epistula dignam Largius Macedo, vir praetorius, a servis suis passus est, superbus alioqui dominus et saevus et qui servisse patrem suum parum, immo nimium meminisset. Lavabatur in villa Formiana: repente eum servi circumstant: alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem atque etiam, foedum dictu, verenda 5 contundit; et cum exanimem putarent, abiciunt in fervens pavimentum, ut experientur an viveret. Ille, sive quia non sentiebat, sive quia se non sentire simulabat, immobilis et extentus fidem peractae mortis implevit.

Tum demum quasi aestu solutus effertur: excipiunt servi fidiiores, concubinae cum ululatu et clamore concurrunt. Ita et vocibus excitatus et 10 recreatus loci frigore sublatis oculis agitatoque corpore vivere se, et iam tutum erat, confitetur. Diffugiunt servi; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur. Ipse paucis diebus aegre focilatus non sine ultionis solacio decessit, ita vivus vindicatus, ut occisi non solent.

Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii 15 nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis; non enim iudicio domini, sed scelere perimuntur. Verum haec hactenus.

Quid praeterea novi? quid? nihil; alioqui subiungerem: nam et charta adhuc superest, et dies feriatus patitur plura contexi. Addam quod oppor- 20 tune de eodem Macedone succurrit. Cum in publico Romae lavaretur, notabilis atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. eques Romanus a servo eius ut transitum daret manu leviter admonitus convertit se nec servum, a quo erat tactus, sed ipsum Macedoniam tam graviter palma percussit, ut paene concideret. Ita balineum illi quasi per gradus quosdam 25 primum contumeliae locus, deinde exitii fuit. Vale.

## Vocabulary

accido, accidi, –	epistula, -ae - <i>fem.</i>
adhuc - <i>adv.</i>	immo - <i>adv.</i>
alioqui - <i>adv.</i>	lavo, lavare, lavi, lautum
balineum, -i - <i>neuter</i>	os, oris - <i>neuter</i>
circumsisto, circumstistere, circumsteti, circumstatum	pectus, pectoris - <i>neuter</i>
confiteor, confiteri, confessus sum - <i>deponent</i>	percutio, percutere, percussi, percussum
contumelia, -ae - <i>fem.</i>	praeterea - <i>adv.</i>
converto, convertere, converti, conversum	simulo, (1)
	solvo, solvere, solvi, solutum
	verum - <i>adv.</i>

## English to Latin

1. The slaves threw Macedo, unconscious, to the hot floor to find out if he was alive.
2. The slaves carried him out as if he had passed out from the heat, and then, since it was now safe, he confessed that he was still alive.
3. When his slave warned a knight to give way, the knight struck Macedo himself so heavily that he almost fell down.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell how you would have handled Macedo's slave problems, and why. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## RELATIVE CLAUSES

### antecedent agreement and case

A relative pronoun must agree in number and gender with its antecedent, that is the word in the main clause it refers to. The case of the pronoun depends on its function in the relative clause.

puellae, **quas** vidi, pulchrae erant - “the girls, **whom** I saw were beautiful”

**quas** is feminine plural because its antecedent is **puellae**. **quas** is accusative because it is the direct object of **vidi** in the relative clause.

### relative clauses of purpose & characteristic

Relative clauses with a subjunctive verb are some times used to indicate purpose, characteristic, or natural result.

misit legatos **qui** pacem peterent - “he sent ambassadors to seek (who would seek) peace”

talis vir erat **qui** dux bonus esset - “he was the sort of man to be (who would be) a good leader”

### relative clauses in indirect statements/questions

In indirect statements or questions, the verb of the relative clause is usually subjunctive.

dixit puellas **quas vidisset** pulchras esse - “he said that the girls **whom he had seen** were beautiful”



## Lesson XXIII

## PLINY, EPISTULA 31

*Great Deeds vs. Famous Deeds*

Adnotasse videor facta dictaque virorum feminarumque alia clariora esse alia maiora. Confirmata est opinio mea hesterno Fanniae sermone. Neptis haec Arriae illius quae marito et solacium mortis et exemplum fuit. Multa referebat aviae suae non minora hoc, sed obscuriora; quae tibi existimo tam mirabilia legenti fore, quam mihi audienti fuerunt.

5

*Arria Conceals her Son's Illness from her Husband*

Aegrotabat Caecina Paetus, maritus eius, aegrotabat et filius, uterque mortifere, ut videbatur: filius decessit eximia pulchritudine, pari verecundia, et parentibus non minus ob alia carus, quam quod filius erat. Huic illa ita funus paravit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus: quin immo, quotiens cubiculum eius intraret, vivere filium atque etiam commodiorem esse simulabat ac persaepe interroganti quid ageret respondebat 'bene quievit, libenter cibum sumpsit.' Deinde, cum diu cohabitae lacrimae vincerent prorumperentque, egrediebatur: tunc se dolori dabat: satiata siccis oculis composito vultu redibat, tamquam orbitatem foris reliquisset.

10

*Arria's Famous Deed - "It Doesn't Hurt"*

Praeclarum quidem illud eiusdem, ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac paene divinam 'Paete, non dolet.' Sed tamen ista facienti, ista dicenti gloria et aeternitas ante oculos erant: quo maius est sine praemio aeternitatis, sine praemio gloriae abdere lacrimas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere.

15

20

*Arria's Unknown Bravery*

Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat: fuerat Paetus in partibus et occiso Scriboniano Romam trahebatur. Erat ascensus navem: Arria milites orabat ut simul imponeretur. 'Nempe enim,' inquit 'daturi estis consulari viro servulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus vestiatur, a quibus calcietur: omnia sola praestabo.' Non

25

impetravit: conduxit piscatoriam nauculam ingensque navigium minimo secuta est. Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa profiteretur indicium, 'ego' inquit 'te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus est, et vivis?' ex quo manifestum est ei consilium pulcherrimae mortis non subitum fuisse. Quin etiam, cum Thrasea, gener eius, deprecaretur ne 30 mori pergeret interque alia dixisset 'vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum?' respondit 'si tam diu tantaque concordia vixerit tecum, quam ego Paeto, volo.' Auxerat hoc responso curam suorum, attentius custodiebatur: sensit et 'nihil agitis.' inquit, 'potestis enim efficere ut male moriar, ut non moriar non potestis.' Dum haec dicit, exiit cathedra 35 adversoque parieti caput ingenti impetu impexit et corruit. Focilata 'dixeram' inquit 'vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, si vos facilem negassetis.' Videntur haec tibi maiora illo 'Paete, non dolet,' ad quod per haec perventum est? cum interim illud quidem ingens fama, haec nulla circumfert. Unde colligitur quod initio dixi, alia esse 40 clariora alia maiora. Vale.

## Vocabulary

aegroto, (l)	oculus, -i - <i>masc.</i>
aeternitas, - atis - <i>fem.</i>	praemium, -i - <i>neuter</i>
cibus, -i - <i>masc.</i>	respondeo, respondere, respondi, responsum
doleo, dolere, dolui, doliturus	simul - <i>adv.</i>
gloria, -ae - <i>fem.</i>	solacium, -i - <i>neuter</i>
impono, imponere, imposui, impositum	unde - <i>adv.</i>
lacrima, -ae - <i>fem.</i>	verecundia, -ae - <i>fem.</i>
mors, mortis - <i>fem.</i>	

## English to Latin

1. Arria so managed her son's funeral that her husband was ignorant; she would enter his room as if she had left her bereavement outside.
2. When Paetus was about to board the ship, Arria begged to that she be put on board and said she would provide everything.
3. Arria said that she would find a hard way to death if the easy one were denied to her.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell what you think of Arria's character, and why you think so. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## DIRECT VS. INDIRECT DISCOURSE

Direct discourse describes statements (or thoughts), questions, and commands that have exactly the form and words that the original speaker/writer used. In other words, they are "direct" quotes.

Indirect discourse, on the other hand, is a paraphrased, or indirect, report of what someone said, thought, or wrote.

### direct statement

nominative subject + indicative verb

**is venit** - "he is coming"

### indirect statement

accusative subject + verb in infinitive

dicit **eum venire** - "he says **that he is coming**"

The tense of the infinitive is governed by the rule for infinitive tenses, see Lesson XVI.

**direct question**

question word + indicative

**venitne?** - “is he coming?”

**ubi es?** - “where are you?”

**indirect question**

question word + subjunctive

rogat **num veniat** - “he asks **if he is coming**”

scit **ubi sis** - “he knows **where you are**”

The tense of the subjunctive is governed by the rule for sequence of tenses, see Lesson XXI.

**Note:** so long as it is phrased as a question, introduced by a question word, it counts as an indirect question, and the main verb can be any verb of asking, saying, thinking, perceiving, knowing, etc.

**direct command**

•imperative

**movete!** - “move!”

•volitive subjunctive

**veniamus!** - “let us go!”

**indirect command**

A verb of commanding, warning, advising, etc. followed by **ut** or **ne** + subjunctive (same form as purpose clause, see Lesson XXI)

**imperat ut moveant** - “he commands that they move”

**monet ne veniamus** - “he advises that we do not come”

The tense of the subjunctive is governed by the rule for sequence of tenses, see Lesson XXI.

## Lesson XXIV

## PLINY, EPISTULA 59

*The Death of Pliny's Uncle in the Eruption of Vesuvius*

Petis ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago: nam video morti eius, si celebretur a te, immortalam gloriam esse propositam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu quasi semper victurus occideret, quamvis ipse plurima opera et mansura condiderit, multum tamen 5  
perpetuitati eius scriptorum tuorum aeternitas addet. Equidem beatos puto quibus deorum munere datum est aut facere scribenda aut scribere legenda, beatissimos vero quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus et suis libris et tuis erit. Quo libentius suscipio, depono etiam quod iniungis. 10

*The Beginning of the Eruption*

Erat Miseni classemque imperio praesens regebat. Nonum Kal. Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie. Usus ille sole, mox frigida, gustaverat iacens studebatque: poscit soleas, ascendit locum ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes, incertum procul intuentibus ex 15  
quo monte (Vesuvium fuisse postea cognitum est), oriebatur, cuius similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco elata in altum quibusdam ramis diffundebatur, credo, quia recenti spiritu evecta, dein senescente eo destituta aut etiam pondere suo victa in latitudinem vanescebat: candida 20  
interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo viro, visum.

*Uncle Pliny Goes to Investigate*

Iubet liburnicam aptari: mihi, si venire una vellem, facit copiam: respondi studere me malle, et forte ipse quod scriberem dederat. Egrediebatur domo: accipit codicillos Rectinae Tasci imminente periculo 25  
exterritae (nam villa eius subiacebat, nec ulla nisi navibus fuga): ut se tanto discrimini eriperet orabat. Vertit ille consilium et quod studioso animo

incohaerat obit maximo. Deducit quadriremes, ascendit ipse non Rectinae modo sed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium.

Properat illuc unde alii fugiunt rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprenderat oculis, dictaret enotaretque. Iam navibus cinis indicebat, quo propius accederent, calidior et densior, iam pumices etiam nigrique et ambusti et fracti igne lapides, iam vadum subitum ruinaque montis litora obstantia. Cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti ‘fortes’ inquit, ‘fortuna iuvat, Pomponianum pete.’

### *Uncle Pliny is Stranded by Contrary Winds*

Stabiis erat, diremptus sinu medio (nam sensim circumactis curvatisque litoribus mare infunditur): ibi, quamquam nondum periculo adpropinquante, conspicuo tamen et cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naves certus fugae, si contrarius ventus resedisset. Quo tunc avunculus meus secundissimo invectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur, utque timorem eius sua securitate leniret, deferri in balineum iubet: lotus accubat, cenat aut hilaris aut, quod aeque magnum, similis hilari.

Interim e Vesuvio monte pluribus in locis latissimae flammae altaque incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur. Ille agrestium trepidatione ignes relictos desertasque villas per solitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat. Tum se quieti dedit et quievit verissimo quidem somno. Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis gravior et sonantior erat, ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. Sed area ex qua diaeta adibatur ita iam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut, si longior in cubiculo mora, exitus negaretur. Excitatus procedit seque Pomponiano ceterisque qui pervigilaverant reddit.

### *They Move into the Open*

In commune consultant, intra tecta subsistant an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rursus quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur; quod tamen

periculorum collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud 60  
 alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus imposita linteis constringunt:  
 id munimentum adversus incidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus  
 noctibus nigrior densiorque, quam tamen faces multae variaque lumina  
 solabantur.

### *A Cloud of Poisonous Gas Overcomes Uncle Pliny*

Placuit egredi in litus et ex proximo aspicere, ecquid iam mare 65  
 admitteret, quod adhuc vastum et adversum permanebat. Ibi super  
 abiectum linteum recubans semel atque iterum frigidam poposcit  
 hausitque. Deinde flammae flammarumque praenuntius odor sulphuris  
 alios in fugam vertunt, excitant illum. Innitens servulis duobus adsurrexit  
 et statim concidit, ut ego colligo, crassiore caligine spiritu obstructo 70  
 clausoque stomacho, qui illi natura invalidus et angustus et frequenter  
 aestuans erat. Ubi dies redditus (is ab eo quem novissime viderat erat  
 tertius), corpus inventum integrum, inlaesum opertumque, ut fuerat  
 indutus: habitus corporis quiescenti quam defuncto similior.

Interim Miseni ego et mater - sed nihil ad historiam, nec tu aliud quam 75  
 de exitu eius scire voluisti. Finem ergo faciam. Unum adiciam, omnia me  
 quibus interfueram quaeque statim, cum maxime vera memorantur,  
 audieram persecutum. Tu potissima excerpes. Aliud est enim epistulam  
 aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

## Vocabulary

aliquis, aliqua, aliquid	interim - <i>adv.</i>
ascendo, ascendere, ascendi, ascensum	nubes, -is - <i>fem.</i>
avunculus, -i - <i>masc.</i>	posco, poscere, poposci, –
beatus, -a, -um	propius ( <i>from</i> prope)
casus, -us - <i>masc.</i>	proximus, -a, -um
cinis, cineris - <i>masc.</i>	pulcher, pulchra, pulchrum
diffundo, diffundere, diffudi, diffusum	quamvis - <i>adv.</i>
diripio, diripere, diripui, direptum	quasi - <i>adv.</i>
egredior, egredi, egressus - <i>deponent</i>	quiesco, quiescere, quievi, quietum
excito, (1)	rectus, -a, -um
frequens, -entis - <i>adj.</i>	similis, -e - <i>adj.</i>
fuga, -ae - <i>fem.</i>	timor, timoris - <i>masc.</i>
incendium, -i - <i>neuter</i>	

## English to Latin

1. When he asked me if I wished to go along, I answered that I preferred to study and write what he had assigned.
2. In order to sooth fear with his own confidence, when he had dined he rested in a truly deep sleep.
3. Since they feared the fall of pumice they put pillows on their heads as protection against falling objects.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, tell what you think of Uncle Pliny's final actions, and why. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## “CUM” CLAUSES

The conjunction **cum** may be used with three different meanings:

- “when” - with subjunctive or indicative

**cum** venisset (or venerat) castra posuit - “**when** he had come, he pitched camp”

- “since” - with subjunctive only

**cum** hostis esset, interfectus est - “**since** he was an enemy, he was killed”

- “although” - with subjunctive only (and **tamen** or some similar word)

**cum** hostis esset, eum tamen non interfecimus -  
“**although** he was an enemy, however we did not kill him”



## Lesson XXV

## PLINY, EPISTULA 90

*What Shall I Do with the Christians?*

Sollemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio quid et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. Nec mediocriter haesitavi, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant; detur paenitentiae venia, an ei qui omnino Christianus fuit desisse non prosit; nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur. 5

Interim in iis qui ad me tamquam Christiani deferebantur hunc sum secutus modum. Interrogavi ipsos an essent Christiani: confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus: perseverantes duci iussi. Neque enim dubitabam, quaecumque esset quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. Fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. 10  
Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeunte me deos appellarent et imagini tuae, propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil posse cogi dicuntur qui sunt re vera Christiani, dimittendos esse putavi. 15  
Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. Hi quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et Christo male dixerunt. 20

*The Christian "Superstition"*

Adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidam fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi 25

discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum 30  
tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo  
secundum mandata tua hetaerias esse vetueram.

Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae  
dicebantur, quid esset veri et per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni 35  
quam superstitionem pravam immodicam. Ideo dilata cognitione ad  
consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna consultatione,  
maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis  
ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum et vocabuntur. Neque  
civitates tantum sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio  
pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse. Certe satis constat prope 40  
iam desolata templa coepisse celebrari et sacra sollemnia diu intermissa  
repeti pastumque venire victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor  
inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari  
possit, si sit paenitentiae locus.

### *Epistula 91 - Trajan's Reply*

Actum quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum qui 45  
Christiani ad te delati fuerant secutus es. Neque enim in universum aliquid  
quod quasi certam formam habeat constitui potest. Conquirendi non sunt:  
si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen ut qui negaverit se  
Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando dis  
nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetret. 50  
Sine auctore vero propositi libelli in nullo crimine locum habere debent.  
Nam et pessimi exempli nec nostri saeculi est.

## Vocabulary

auctor, -oris - <i>masc.</i>	instruo, instruere, instruxi, instructum
consto, constare, constitui, constat	invenio, invenire, inveni, inventum
consulo, consulere, consului, consultum	paenitentia. -ae - <i>fem.</i>
crimen, criminis - <i>neuter</i>	propono, proponere, proposui, propositum
debeo, debere, debui, debitum	punio, punire, punivi, punitus
desino, desinere, desii, desitum	scelus, sceleris - <i>neuter</i>
discrimen, -inis - <i>neuter</i>	soleo, solere, solitus sum
dubito, (1)	sollemnis, -e - <i>adj.</i>
incido, incidere, incidi, incasum	

## English to Latin

1. I ask them if they are Christians, and if they admit it I threaten them with punishment.
2. I believed it was necessary to seek from two attendants by torture what was true, and I found only extreme superstition.
3. Christians are not to be sought out, and if they do deny that they are Christians by praying to the gods, they should obtain pardon.

## Directed Composition

In 4 or 5 **Latin** sentences, give your own assessment of Pliny's policy towards the Christians. Points will be given for: use of vocabulary, correct grammar, and creativity.

## SUMMARY OF PURPOSE EXPRESSIONS

### ut & ne + subjunctive

venimus **ut eam videremus** - "we came to see (so that we might see) her"  
 pugnat **ne capiatur** - "he fights so that he will not be captured"

### gerundive constructions

ad **pugnandum** - "for fighting"  
**oppidi capiendi** causa - "for the sake of taking the town"

### relative

misit legatum **qui pacem peteret** - "he sent an ambassador to seek  
 (who would seek) peace"

### double dative

equites misit **auxilio hostibus** - "he sent horsemen to aid  
 (for an aid to) the soldiers"

SECTION • FOUR

OVID

## Lesson XXVI

## DEUCALION &amp; PYRRHHA

*This is a retelling of the Greek version of the flood story found throughout the literature of the Middle East, including the Epic of Gilgamesh and Genesis.*

*The Flood*

Separat Aonios Aetaeis Phocis ab arvis,  
 terra ferax, dum terra fuit, sed tempore in illo  
 pars maris et latus subitarum campus aquarum; 315  
 mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,  
 nomine Parnasus, superantque cacumina nubes:  
 hic ubi Deucalion—nam cetera texerat aequor—  
 cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,  
 Corycidas nymphas et numina montis adorant 320  
 fatidicamque Themina, quae tunc oracla tenebat.  
 non illo melior quisquam nec amantior aequi  
 vir fuit aut illa metuentior ulla deorum.  
 Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem  
 et superesse virum de tot modo milibus unum 325  
 et superesse videt de tot modo milibus unam,  
 innocuos ambos, cultores numinis ambo,  
 nubila disiecit, nimbisque aquilone remotis  
 et caelo terras ostendit et aethera terris.  
 nec maris ira manet, positoque tricuspide telo 330  
 mulcet aquas rector pelagi supraque profundum  
 extantem atque umeros innato murice tectum  
 caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonanti  
 inspirare iubet fluctusque et flumina signo 335  
 iam revocare dato: cava bucina sumitur illi  
 tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,  
 bucina, quae medio concepit ubi aera ponto,  
 litora voce replet sub utroque iacentia Phoebo.  
 tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba

contigit et cecinit iussos inflata receptus, 340  
 omnibus audita est telluris et aequoris undis,  
 et, quibus est undis audita, coercuit omnes.  
 iam mare litus habet; plenos capit alveus amnes;  
 flumina subsidunt, collesque exire videntur;  
 surgit humus; crescunt loca decrescentibus undis: 345  
 postque diem longam nudata cacumina silvae  
 ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.

*Deucalion and Pyrrha Alone on Earth*

Redditus orbis erat; quem postquam vidit inanem  
 et desolatas agere alta silentia terras,  
 Deucalion lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis: 350  
 ‘O soror, o coniunx, o femina sola superstes,  
 quam commune mihi genus et patruelis origo,  
 deinde torum iunxit, nunc ipsa pericula iungunt!  
 terrarum, quascumque vident occasus et ortus,  
 nos duo turba sumus: possedit cetera pontus. 355  
 haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae  
 certa satis: terrent etiam nunc nubila mentem.  
 quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,  
 nunc animus, miseranda, foret? quo sola timorem  
 ferre modo posses? quo consolante dolores? 360  
 namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet,  
 te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.  
 o utinam possim populum reparare paternis  
 artibus atque animas formatae infundere terrae!  
 nunc genus in nobis restat mortale duobus— 365  
 sic visum superis—hominumque exempla manemus.’

Dixerat, et flebant. placuit caeleste precari  
 numen et auxilium per sacras quaerere sortes.  
 nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas undas,  
 ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes. 370  
 inde ubi libatos inroravere liquores  
 vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae  
 ad delubra deae, quorum fastigia turpi  
 pallebant musco stabantque sine ignibus arae.

*“Your Mother’s Bones”*

Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque 375  
 pronus humi gelidoque pavens dedit oscula saxo.  
 atque ita ‘Si precibus’ dixerunt ‘numina iustis  
 victa remollescunt, si flectitur ira deorum,  
 dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri  
 arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus!’ 380  
 mota dea est sortemque dedit: ‘Discedite templo  
 et velate caput cinctasque resolvite vestes  
 ossaque post tergum magnae iactate parentis!’  
 Obstipuerunt diu; rumpitque silentia voce  
 Pyrrha prior iussisque deae parere recusat, 385  
 detque sibi veniam, pavido rogat ore pavetque  
 laedere iactatis maternas ossibus umbras.  
 interea repetunt caecis obscura latebris  
 verba datae sortis secum inter seque volutant.  
 inde Promethides placidis Epimethida dictis 390  
 mulcet et ‘Aut fallax’ ait ‘est sollertia nobis,  
 aut—pia sunt nullumque nefas oracula suadent!—  
 “magna parens” terra est: lapides in corpore terrae  
 “ossa” reor dici: iacere hos post terga iubemur.’  
 Coniugis augurio quamquam Titania mota est, 395  
 spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo  
 diffidunt monitis; sed quid temptare nocebit?  
 discedunt velantque caput tunicasque recingunt  
 et iussos lapides sua post vestigia mittunt.  
 saxa—quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?— 400  
 ponere duritiem coepere suumque rigorem  
 mollirique mora mollitaque ducere formam.  
 mox, ubi creverunt naturaque mitior illis  
 contigit, ut quaedam, si non manifesta, videri  
 forma potest hominis, sed uti de marmore coepta, 405  
 non exacta satis rudibusque simillima signis.  
 quae tamen ex illis aliquo pars umida suco  
 et terrena fuit, versa est in corporis usum:  
 quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa,

quae modo vena fuit, sub eodem nomine mansit,	410
inque brevi spatio superiorum numine saxa	
missa viri manibus faciem traxere virorum,	
et de femineo reparata est femina iactu.	
inde genus durum sumus experiensque laborum,	415
et documenta damus, qua simus origine nati.	

## Vocabulary

caelestis  
 cingo  
 coniunx  
 dolor  
 flecto  
 iacto  
 lapis  
 numen  
 os, ossis  
 pontus  
 sors

## Meter

For lines 324 - 327 on page 104:

1. Copy the lines, leaving at least one blank line after each line.
2. Place a - under each syllable that must be long by "position".
3. Mark the remaining longs (with -) and shorts (with  $\bar{\text{v}}$ ) so that you get 6 feet.  
Place a "/" between each foot.

## Directed Composition

In your own (Latin and grammatical) words briefly tell what Deucalion and Pyrrha did.



## Lesson XXVII

## APOLLO &amp; DAPHNE

*Daphne was but one of many unsuccessful love affairs of the god Apollo.*

*The Argument between Apollo and Cupid*

Primus amor Phoebi Daphne Peneia: quem non  
 fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira.  
 Delius hunc nuper, victo serpente superbus,  
 viderat adducto flectentum cornua nervo 455  
 ‘Quid’ que ‘tibi, lascive puer, cum fortibus armis?’  
 dixerat: ‘ista decent umeros gestamina nostros,  
 qui dare certa ferae, dare vulnere possumus hosti,  
 qui modo pestifero tot iugera ventre prementem  
 stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis. 460  
 tu face nescio quos esto contentus amores  
 irritare tua, nec laudes adserere nostras.’  
 Filius huic Veneris ‘Figat tuus omnia, Phoebe,  
 te meus arcus’ ait: ‘quantoque animalia cedunt  
 cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.’ 465

*Cupid Uses his Arrows on Apollo and Daphne*

Dixit et eliso percussis aere pennis  
 inpiger umbrosa Parnasi constitit arce  
 eque sagittifera prompsit duo tela pharetra  
 diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.  
 quod facit, auratum est et cuspide fulget acuta: 470  
 quod fugat, obtusum est et habet sub harundine plumbum.  
 hoc deus in nympha Peneide fixit, at illo  
 laesit Apollineas traiecta per ossa medullas.  
 protinus alter amat, fugit altera nomen amantis  
 silvarum latebris captivarumque ferarum 475  
 exuviis gaudens innuptaeque aemula Phoebes.  
 vitta coercebat positos sine lege capillos.

multi illam petiere, illa aversata petentes  
 impatiens expersque viri nemora avia lustrat,  
 nec, quid Hymen, quid Amor, quid sint connubia, curat 480  
 saepe pater dixit 'Generum mihi, filia, debes.'  
 saepe pater dixit 'debes mihi, nata, nepotes,'  
 illa velut crimen taedas exosa iugales  
 pulchra verecundo subfuderat ora rubore  
 inque patris blandis haerens cervice lacertis 485  
 'Da mihi perpetua, genitor carissime,' dixit  
 'virginitate frui! dedit hoc pater ante Dianae.'  
 ille quidem obsequitur. sed te decor iste, quod optas,  
 esse vetat, votoque tuo tua forma repugnat.  
 Phoebus amat visaeque cupit connubia Daphnes, 490  
 quodque cupit, sperat, suaque illum oracula fallunt.  
 utque leves stipulae demptis adolentur aristis,  
 ut facibus saepe ardent, quas forte viator  
 vel nimis admovit vel iam sub luce reliquit,  
 sic deus in flammis abiit, sic pectore toto 495  
 uritur et sterilem sperando nutrit amorem.  
 spectat inornatos collo pendere capillos,  
 et 'Quid, si comantur?' ait. videt igne micantes  
 sideribus similes oculos; videt oscula, quae non  
 est vidisse satis; laudat digitosque manusque 500  
 brachiaque et nudos media plus parte lacertos:  
 siqua latent, meliora putat. fugit ocior aura  
 illa levi neque ad haec revocantis verba resistit:  
 'Nympha, precor, Penei, mane! non insequor hostis:  
 nympha, mane! sic agna lupum, sic cerva leonem, 505  
 sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,  
 hostes quaeque suos: amor est mihi causa sequendi!  
 me miserum! ne prona cadas, indignave laedi  
 crura notent sentes, et sim tibi causa doloris!  
 aspera, qua properas, loca sunt: moderatius, oro, 510  
 curre fugamque inhibe! moderatius insequar ipse.  
 cui placeas, inquire tamen! non incola montis,  
 non ego sum pastor, non hic armenta gregesque

horridus observo! nescis, temeraria, nescis,  
 quem fugias, ideoque fugis. mihi Delphica tellus 515  
 et Claros et Tenedos Patareaque regia servit.  
 Iuppiter est genitor! per me quod eritque fuitque  
 estque, patet: per me concordant carmina nervis!  
 certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta  
 certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit. 520  
 inventum medicina meum est, opiferque per orbem  
 dicor, et herbarum subiecta potentia nobis:  
 ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis,  
 nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes!

*Daphne Calls to her Father for Aid*

Plura locuturum timido Peneia cursu 525  
 fugit cumque ipso verba imperfecta reliquit.  
 tum quoque visa decens; nudabant corpora venti,  
 obviaque adversas vibrabant flamina vestes,  
 et levis impulsos retro dabat aura capillos,  
 auctaque forma fuga est. sed enim non sustinet ultra 530  
 perdere blanditias iuvenis deus, utque movebat  
 ipse amor, admisso sequitur vestigia passu.  
 ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo  
 vidit, et hic praedam pedibus petit, ille salutem—  
 alter inhaesuro similis iam iamque tenere 535  
 sperat et extento stringit vestigia rostro;  
 alter in ambiguo est, an sit comprehensus; et ipsis  
 morsibus eripitur tangentiaque ora relinquit;  
 sic deus et virgo; est hic spe celer, illa timore.  
 qui tamen insequitur, pennis adiutus Amoris 540  
 ocior est requiemque negat tergoque fugacis  
 inminet et crinem sparsum cervicibus adflat.  
 viribus absumptis expalluit illa, citaeque  
 victa labore fugae, spectans Peneidas undas  
 ‘Fer, pater,’ inquit ‘opem, si flumina numen habetis! 545  
 qua nimium placui, mutando perde figuram!’ 547  
 vix prece finita, torpor gravis occupat artus:

mollia cinguntur tenui praecordia libro,  
 in frondem crines, in ramos bracchia crescunt, 550  
 pes, modo tam velox, pigris radicibus haeret,  
 ora cacumen habet: remanet nitor unus in illa.  
 hanc quoque Phoebus amat positaeque in stipite dextra  
 sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus,  
 complexusque suis ramos, ut membra, lacertis 555  
 oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.  
 cui deus 'At quoniam coniunx mea non potes esse,  
 arbor eris certe' dixit 'mea. semper habebunt  
 te coma, te citharae, te nostrae, laure, pharetrae.  
 tu ducibus Latiis aderis, cum laeta Triumphum 560  
 vox canet et visent longas Capitolia pompas.  
 postibus Augustis eadem fidissima custos  
 ante fores stabis mediamque tuebere quercum,  
 utque meum intonsis caput est iuvenale capillis,  
 tu quoque perpetuos semper gere frondis honores!' 565  
 finierat Paeon: factis modo laurea ramis  
 adnuit utque caput visa est agitasse cacumen.

## Vocabulary

ait	fallo	humus	sidus
asper	fax	insequor	tellus
bracchium	fors	levis	velut
cervix	haereo	osculum	vestigium

## Meter

For lines 480 - 482 and 503 - 504 on page 109:

1. Copy the lines, leaving at least one blank line after each line.
2. Place a - under each syllable that must be long by "position".
3. Mark the remaining longs (with -) and shorts (with  $\sqcap$ ) so that you get 6 feet.  
Place a "/" between each foot.

## Directed Composition

In your own (Latin and grammatical) words briefly explain Apollo's problem with Daphne and its results.

## Lesson XXVIII

## ICARUS

*This story of Icarus is one of the most famous "proofs" of the Greek belief in moderation in all things.*

Daedalus interea Creten longumque perosus  
 exsiliū tactusque loci natalis amore,  
 clausus erat pelago. 'Terras licet' inquit 'et undas 185  
 obstruat, at caelum certe patet: ibimus illac!  
 omnia possideat, non possidet aera Minos.'  
 dixit et ignotas animum dimittit in artes,  
 naturamque novat. nam ponit in ordine pennas,  
 a minima coeptas, longa breviorē sequenti, 190  
 ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam  
 fistula disparibus paulatim surgit arenis.  
 tum lino medias et ceris adligat imas,  
 atque ita compositas parvo curvamine flectit,  
 ut veras imitetur aves. puer Icarus una 195  
 stabat et ignarus sua se tractare pericla,  
 ore reidentem modo, quas vaga moverat aura,  
 captabat plumas, flavam modo pollice ceram  
 molliabat lusuque suo mirabile patris  
 inpediebat opus, postquam manus ultima coepto 200  
 inposita est, geminas opifex libravit in alas  
 instruit et natum 'Medio' que 'ut limite curras,  
 Icare,' ait 'moneo, ne, si demissior ibis,  
 unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. 205  
 inter utrumque vola! nec te spectare Booten  
 aut Helicen iubeo strictumque Orionis ensem:  
 me duce carpe viam', pariter praecepta volandi  
 tradit et ignotas umeris accommodat alas.  
 inter opus monitusque genae maduere seniles, 210  
 et patriae tremuere manus. dedit oscula nato  
 non iterum repetenda suo pennisque levatus

ante volat comitique timet, velut ales, ab alto  
quae teneram prolem produxit in aera nido:  
hortaturque sequi damnosasque erudit artes 215  
et movet ipse suas et nati respicit alas.  
hos aliquis tremula dum captat harundine pisces,  
aut pastor baculo stivave innixus arator  
vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent  
credidit esse deos. et iam Iunonia laeva 220  
parte Samos—fuerant Delosque Parosque relictæ—,  
dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne:  
cum puer audaci coepit gaudere volatu  
deseruitque ducem caelique cupidine tractus  
altius egit iter. rapidi vicinia solis 225  
mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.  
tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,  
remigioque carens non ullas percipit auras.  
oraque caerulea patrium clamantia nomen  
excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo. 230  
at pater infelix nec iam pater, ‘Icare,’ dixit,  
‘Icare,’ dixit ‘ubi es? qua te regione requiram?’  
‘Icare’ dicebat: pennas adspexit in undis;  
devovitque suas artes corpusque sepulcro  
condidit, et tellus a nomine dicta sepulti. 235

## Vocabulary

aer	ignotus
aether	laevus
aura	mollis
caelum	penna
carpo	rapidus
ensis	

## Meter - Elision

For lines 201 - 204 on page 112:

1. Copy the lines, leaving at least one blank line after each line.
2. Place a - under each syllable that must be long by "position".
3. Mark the remaining longs (with -) and shorts (with ˘) so that you get 6 feet.  
Place a "/" between each foot.

## Directed Composition

In your own (Latin and grammatical) words briefly tell what moral you think should be drawn from the tragedy of Icarus.

SECTION • FIVE

VERGIL



## Lesson XXIX

## AENEID BOOK I, LINES 1-100

*Invocation*

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris  
 Italiam fato profugus Laviniaque venit  
 litora—multum ille et terris iactatus et alto  
 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,  
 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem 5  
 inferretque deos Latio—genus unde Latinum  
 Albanique patres atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso  
 quidve dolens regina deum tot volvere casus  
 insignem pietate virum, tot adire labores 10  
 impulerit. tantaene animis caelestibus irae?

*The Reasons for Juno's Anger*

Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)  
 Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe  
 ostia, dives opum studiisque asperrima belli;  
 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam 15  
 posthabita coluisse Samo: hic illius arma,  
 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,  
 si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.  
 progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
 audierat Tyrias olim quae verteret arces; 20  
 hinc populum late regem belloque superbum  
 venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas.  
 id metuens veterisque memor Saturnia belli,  
 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis  
 (necdum etiam causae irarum saevique dolores 25  
 exciderant animo; manet alta mente repostum  
 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae  
 et genus invisum et rapti Ganymedis honores) -

his accensa super iactatos aequore toto  
 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli, 30  
 arcebat longe Latio, multosque per annos  
 errabant acti fati maria omnia circum.  
 tantae molis erat Romanam condere gentem.

*Juno's Fury*

Vix e conspectu Siculae telluris in altum  
 vela dabant laeti et spumas salis aere ruebant, 35  
 cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus  
 haec secum: 'mene incepto desistere victam  
 nec posse Italia Teucrorum avertere regem?  
 quippe vetor fati. Pallasne exurere classem  
 Argivum atque ipsos potuit sommergere ponto 40  
 unius ob noxam et furias Aiacis Oilei?  
 ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem  
 disiecitque rates evertitque aequora ventis,  
 illum exspirantem transfixo pectore flammam  
 turbine corripuit scopuloque infixit acuto; 45  
 ast ego, quae divum incedo regina Iovisque  
 et soror et coniunx, una cum gente tot annos  
 bella gero. et quisquam numen Iunonis adorat  
 praeterea aut supplex aris imponet honorem?'

*The Lord of the Winds*

Talia flammato secum dea corde volutans 50  
 nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,  
 Aeoliam venit. hic vasto rex Aeolus antro  
 luctantis ventos tempestatesque sonoras  
 imperio premit ac vinclis et carcere frenat.  
 illi indignantes magno cum murmure montis 55  
 circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce  
 sceptrum tenens mollitque animos et temperet iras;  
 ni faciat, maria ac terras caelumque profundum  
 quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.  
 sed pater omnipotens speluncis abdidit atris 60

hoc metuens molemque et montis insuper altos  
 imposuit, regemque dedit qui foedere certo  
 et premere et laxas sciret dare iussus habenas.  
 ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:  
 'Aeole, namque tibi divum pater atque hominum rex      65  
 et mulcere dedit fluctus et tollere vento,  
 gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor  
 Ilium in Italiam portans victosque penatis:  
 incute vim ventis summersasque obrue puppis,  
 aut age diversos et disice corpora ponto.      70  
 sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,  
 quarum quae forma pulcherrima, Deiopea,  
 conubio iungam stabili propriamque dicabo,  
 omnis ut tecum meritis pro talibus annos  
 exigat et pulchra faciat te prole parentem.'      75  
 Aeolus haec contra: 'tuus, o regina, quid optes  
 explorare labor; mihi iussa capessere fas est.  
 tu mihi quodcumque hoc regni, tu scepra Iovemque  
 concilias, tu das epulis accumbere divum  
 nimborumque facis tempestatemque potentem.'      80

*The Storm Released*

Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem  
 impulit in latus: ac venti velut agmine facto,  
 quo data porta, ruunt et terras turbine perflant.  
 incubuere mari totumque a sedibus imis      85  
 una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis  
 Africus et vastos volvunt ad litora fluctus:  
 insequitur clamorque virum stridorque rudentum.  
 eripiunt subito nubes caelumque diemque  
 Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.  
 intonuere poli et crebris micat ignibus aether      90  
 praesentemque viris intentant omnia mortem.  
 extemplo Aeneae solvuntur frigore membra;  
 ingemit et duplicis tendens ad sidera palmas

talia voce refert: 'o terque quaterque beati,  
 quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis 95  
 contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis  
 Tydide! mene Iliacis occumbere campis  
 non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,  
 saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens  
 Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis 100  
 scuta virum galeasque et fortia corpora volvit!'

## Vocabulary

aequor	nimbus
ara	premo
ater	ruo
divus	saevus
fas	vastus
fatum	velum
mens	vinculum
moenia	

## Meter

1. Copy and scan lines 1 - 7.
2. Be able to recite these lines **FROM MEMORY**, metrically and with the correct emphasis.

## Lesson XXX

## AENEID BOOK I, LINES 101-173

*Aeneas' Fleet at the Mercy of the Winds*

Talia iactanti stridens Aquilone procella  
 velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.  
 franguntur remi, tum prora avertit et undis  
 dat latus, insequitur cumulo praeruptus aquae mons. 105  
 hi summo in fluctu pendent; his unda dehiscens  
 terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.  
 tris Notus abreptas in saxa latentia torquet  
 (saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus Aras,  
 dorsum immane mari summo), tris Eurus ab alto 110  
 in brevia et syrtis urget, miserabile visu,  
 inliditque vadis atque aggere cingit harenae.  
 unam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem,  
 ipsius ante oculos ingens a vertice pontus  
 in puppim ferit: excutitur pronusque magister 115  
 volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem  
 torquet agens circum et rapidus vorat aequore vertex.  
 apparent rari nantes in gurgite vasto,  
 arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas.  
 iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae, 120  
 et qua vectus Abas, et qua grandaevus Aletes,  
 vicit hiems; laxis laterum compagibus omnes  
 accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.

*Neptune Calms the Storm*

Interea magno misceri murmure pontum  
 emissamque hiemem sensit Neptunus et imis 125  
 stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto  
 prospiciens summa placidum caput extulit unda.  
 disiectam Aeneae toto videt aequore classem,  
 fluctibus oppressos Troas caelique ruina.  
 nec latuere doli fratrem Iunonis et irae. 130  
 Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:

'Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?  
 iam caelum terramque meo sine numine venti,  
 miscere et tantas audetis tollere moles?  
 quos ego—! sed motos praestat componere fluctus. 135  
 post mihi non simili poena commissa luetis.  
 maturate fugam regique haec dicite vestro:  
 non illi imperium pelagi saevumque tridentem,  
 sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,  
 vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula 140  
 Aeolus et clauso ventorum carcere regnet.'

Sic ait et dicto citius tumida aequora placat  
 collectasque fugat nubes solemque reducit.  
 Cymothoe simul et Triton adnixus acuto 145  
 detrundunt navis scopulo; levat ipse tridenti  
 et vastas aperit syrtis et temperat aequor  
 atque rotis summas levibus perlabitur undas.  
 ac veluti magno in populo cum saepe coorta est  
 seditio saevitque animis ignobile vulgus;  
 iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat; 150  
 tum, pietate gravem ac meritis si forte virum quem  
 conspexere, silent arrectisque auribus astant;  
 ille regit dictis animos et pectora mulcet:  
 sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam  
 prospiciens genitor caeloque invectus aperto 155  
 flectit equos curruque volans dat lora secundo.

### *Aeneas & Seven Ships Make Shore*

Defessi Aeneadae quae proxima litora cursu  
 contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.  
 est in secessu longo locus: insula portum 160  
 efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto  
 frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.  
 hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur  
 in caelum scopuli, quorum sub vertice late  
 aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis  
 desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra; 165

fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,  
 intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,  
 nympharum domus. hic fessas non vincula navis  
 ulla tenent, unco non alligit ancora morsu.  
 huc septem Aeneas collectis navibus omni  
 ex numero subit; ac magno telluris amore  
 egressi optata potiuntur Troes harena  
 et sale tabentis artus in litore ponunt.

### Vocabulary

ferus	immanis
fidus	imus
fluctus	pelagus
latus, lateris	unda
puppis	vulgus
saxum	artus
veho	hinc
vertex	nemus
dolus	scopulus

### Directed Composition

In your own (Latin and grammatical) words briefly tell why Neptune was upset with the winds, and what the Trojan's situation was after the storm.

## Lesson XXXI

## AENEID BOOK I, LINES 310-414

*Encounter with a Huntress*

*After landing, Aeneas finds a herd of deer and kills one for each ship. The Trojans eat and recover their strength, although they are sad at the loss of the other ships. Then Aeneas, with his faithful companion Achates, sets out to explore the land they have come to.*

classen in convexo nemorum sub rupe cavata	310
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris	
occulit; ipse uno graditur comitatus Achate	
bina manu lato crispans hastilia ferro.	
cui mater media sese tulit obvia silva	
virginis os habitumque gerens et virginis arma	315
Spartanae, vel qualis equos Threissa fatigat	
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Hebrum.	
namque umeris de more habilem suspenderat arcum	
venatrix dederatque comam diffundere ventis,	320
nuda genu nodoque sinus collecta fluentis.	
ac prior 'heus,' inquit, 'iuvenes, monstrate, mearum	
vidistis si quam hic errantem forte sororum	
succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,	
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'	
Sic Venus; et Veneris contra sic filius orsus:	325
'nulla tuarum audita mihi neque visa sororum.	
o quam te memorem, virgo? namque haud tibi vultus	
mortalis, nec vox hominem sonat; o, dea certe	
(an Phoebi soror? an Nympharum sanguinis una?),	
sis felix nostrumque leves, quaecumque, laborem	330
et quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris	
iactemur doceas; ignari hominumque locorumque	
erramus vento huc vastis et fluctibus acti:	
multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.'	



*The Story of Dido*

Tum Venus: 'haud equidem tali me dignor honore; 335  
 virginibus Tyriis mos est gestare pharetram  
 purpureoque alte suras vincire coturno.  
 Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem;  
 sed fines Libyci, genus intractabile bello.  
 imperium Dido Tyria regit urbe profecta, 340  
 germanum fugiens. longa est iniuria, longae  
 ambages; sed summa sequar fastigia rerum.  
 huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus agri  
 Phoenicum, et magno miserae dilectus amore,  
 cui pater intactum dederat primisque iugarat 345  
 ominibus. sed regna Tyri germanus habebat  
 Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.  
 quos inter medius venit furor. ille Sychaeum  
 impius ante aras atque auri caecus amore  
 clam ferro incautum superat, securus amorum 350  
 germanae; factumque diu celavit et aegram  
 multa malus simulans vana spe lusit amantem.  
 ipsa sed in somnis inhumati venit imago  
 coniugis ora modis attollens pallida miris;  
 crudelis aras traiectaque pectora ferro 355  
 nudavit, caecumque domus scelus omne rexit.  
 tum celerare fugam patriaque excedere suadet  
 auxiliumque viae veteres tellure recludit  
 thesauros, ignotum argenti pondus et auri.  
 hic commota fugam Dido sociosque parabat. 360  
 conveniunt quibus aut odium crudele tyranni  
 aut metus acer erat; navis, quae forte paratae,  
 corripunt onerantque auro. portantur avari  
 Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.  
 devenere locos ubi nunc ingentia cernes 365  
 moenia surgentemque novae Karthaginis arcem,  
 mercatique solum, facti de nomine Byrsam,  
 taurino quantum possent circumdare tergo.  
 sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?  
 quove tenetis iter?' quaerenti talibus ille 370  
 suspirans imoque trahens a pectore vocem:

*Aeneas Gets Advice & Protection from Venus*

'O dea, si prima repetens ab origine pergam  
 et vacet annalis nostrorum audire laborum,  
 ante diem clauso componet Vesper Olympo.  
 nos Troia antiqua, si vestras forte per auris 375  
 Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos  
 forte sua Libycis tempestas appulit oris.  
 sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penatis  
 classe veho mecum, fama super aethera notus.  
 Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo. 380  
 bis denis Phrygium conscendi navibus aequor,  
 matre dea monstrante viam data fata secutus;  
 vix septem convulsae undis Euroque supersunt.  
 ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro,  
 Europa atque Asia pulsus.' nec plura querentem 385  
 passa Venus medio sic interfata dolore est:

'Quisquis es, haud, credo, invisus caelestibus auras  
 vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.  
 perge modo atque hinc te reginae ad limina perfer.  
 namque tibi reduces socios classemque relatam 390  
 nuntio et in tutum versis Aquilonibus actam,  
 ni frustra augurium vani docuere parentes.  
 aspice bis senos laetantis agmine cycnos,  
 aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto  
 turbabat caelo; nunc terras ordine longo 395  
 aut capere aut captas iam despectare videntur:  
 ut reduces illi ludunt stridentibus alis  
 et coetu cinxere polum cantusque dedere,  
 haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum  
 aut portum tenet aut pleno subit ostia velo. 400  
 perge modo et, qua te decit via, derige gressum.'

Dixit et avertens rosea cervice refulsit,  
 ambrosiaeque comae divinum vertice odorem  
 spiravere; pedes vestis defluxit ad imos;  
 et vera incessu patuit dea. ille ubi matrem 405  
 agnovit tali fugientem est voce secutus:

'quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis  
 ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram  
 non datur ac veras audire et reddere voces?'  
 talibus incusat gressumque ad moenia tendit.  
 at Venus obscuro gradientis aere saepsit,  
 et multo nebulae circum dea fudit amictu,  
 cernere ne quis eos neu quis contingere posset  
 molirive moram aut veniendi poscere causas.

410

## Vocabulary

coma  
 erro  
 sanguis  
 aurum  
 caecus  
 cerno  
 crudelis  
 bis  
 haud  
 pius

## Meter

1. Copy and scan lines 375 - 380 on page 125.
2. Be able to recite these lines metrically and with the correct emphasis.

## Lesson XXXII

## AENEID BOOK I, LINES 561 -617; 748-756

*Dido Offers the Trojans Protection*

*Still cloaked in the cloud of invisibility, Aeneas and Achates have walked into Carthage, admired the temple gates showing episodes from the Trojan war, and have found that the lost Trojan ships have also been found and that their captains have been brought before Dido. She offers them refuge and wishes for the presence of Aeneas:*

Tum breviter Dido vultum demissa profatur:  
 ‘solvite corde metum, Teucri, secludite curas.  
 res dura et regni novitas me talia cogunt  
 moliri et late finis custode tueri.  
 quis genus Aeneadam, quis Troiae nescit urbem, 565  
 virtutesque virosque aut tanti incendia belli?  
 non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,  
 nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe.  
 seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva  
 sive Erycis finis regemque optatis Acesten, 570  
 auxilio tutos dimittam opibusque iuvabo.  
 vultis et his mecum pariter considerare regnis?  
 urbem quam statuo, vestra est; subducite navis;  
 Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.  
 atque utinam res ipse noto compulsus eodem 575  
 adforet Aeneas! equidem per litora certos  
 dimittam et Libyae lustrare extrema iubebo,  
 si quibus eiectus silvis aut urbibus errat.’

*Out of the Cloud*

His animum arrecti dictis et fortis Achates  
 et pater Aeneas iamdudum erumpere nubem 580  
 ardebant. prior Aeneas compellat Achates:  
 ‘nate dea, quae nunc animo sententia surgit?’

omnia tuta vides, classem sociosque receptos.  
 unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi  
 summersum; dictis respondent cetera matris.' 585  
 vix ea fatus erat cum circumfusa repente  
 scindit se nubes et in aethera purgat apertum.  
 restitit Aeneas claraque in luce refulsit  
 os umerosque deo similis; namque ipsa decoram  
 caesariem nato genetrix lumenque iuventae 590  
 purpureum et laetos oculis adflarat honores:  
 quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo  
 argentum Pariusve lapis circumdatur auro.  
 tum sic reginam adloquitur cunctisque repente  
 improvisus ait: 'coram, quem quaeritis, adsum, 595  
 Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.  
 o sola infandos Troiae miserata labores,  
 quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque  
 omnibus exhaustis iam casibus, omnium egenos,  
 urbe, domo socias, grates persolvere dignas 600  
 non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est  
 gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.  
 di tibi, si qua pios respectant numina, si quid  
 usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,  
 praemia digna ferant. quae te tam laeta tulerunt 605  
 saecula? qui tanti talem genuere parentes?  
 in freta dum fluvii current, dum montibus umbrae  
 lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,  
 semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,  
 quae me cumque vocant terrae.' sic fatus amicum 610  
 Ilionea petit dextra laevaue Serestum,  
 post alios, fortemque Gyan fortemque Cloanthum.  
 Obstipuit primo aspectu Sidonia Dido,  
 casu deinde viri tanto, et sic ore locuta est:  
 quid te, nate dea, per tanta pericula casus 615  
 insequitur? quae vis immanibus applicat oris?  
 tune ille Aeneas quem Dardanio Anchisae  
 alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

*Dido's Interest in Aeneas*

*Dido puts on a lavish feast for the Trojans, and Venus son, Cupid, attends disguised as Aeneas son Ascanius, and through his touch Dido is infected with a passion for Aeneas. After the feasting and music has finished, Dido asks Aeneas for his story.*

nec non et vario noctem sermone trahebat  
 infelix Dido longumque bibebat amorem,  
 multa super Priamo rogitans, super Hectore multa;       750  
 nunc quibus Aurorae venisset filius armis,  
 nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.  
 'immo age et a prima dic, hospes, origine nobis  
 insidias, inquit, 'Danaum casusque tuorum  
 erroresque tuos; nam te iam septima portat       755  
 omnibus errantem terris et fluctibus aestas.'

**Vocabulary**

ardeo  
 for, fari  
 obstipesco

**Directed Composition**

In your own (Latin and grammatical) words briefly explain what Aeneas' situation is at this point.

## Lesson XXXIII

## AENEID BOOK II, LINES 1-39

*Aeneas Tells of the Fall of Troy*

Conticuere omnes intentique ora tenebant.  
 inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:  
 'infandum, regina, iubes renovare dolorem,  
 Troianas ut opes et lamentabile regnum  
 eruerint Danaï, quaeque ipse miserrima vidi 5  
 et quorum pars magna fui. quis talia fando  
 Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Vlixī  
 temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo  
 praecipitat suadentque cadentia sidera somnos.  
 sed si tantus amor casus cognoscere nostros 10  
 et breviter Troiae supremum audire laborem,  
 quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,  
 incipiam. Fracti bello fatisque repulsi  
 ductores Danaum tot iam labentibus annis  
 instar montis equum divina Palladis arte 15  
 aedificant, sectaque intexunt abiete costas;  
 votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.  
 huc delecta virum sortiti corpora furtim  
 includunt caeco lateri penitusque cavernas  
 ingentis uterumque armato milite complent. 20

*The Departure of the Greeks*

Est in conspectu Tenedos, notissima fama  
 insula, dives opum Priami dum regna manebant,  
 nunc tantum sinus et statio male fida carinis:  
 huc se provecti deserto in litore condunt.  
 nos abiisse rati et vento petiisse Mycenās. 25  
 ergo omnis longo solvit se Teucra luctu:  
 panduntur portae, iuvat ire et Dorica castra  
 desertosque videre locos litusque relictum:  
 hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles;

classibus hic locus, hic acie certare solebant. 30  
pars stupet innuptae donum exitiale Minervae  
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes  
duci intra muros hortatur et arce locari,  
sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.  
at Capys, et quorum melior sententia menti, 35  
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona  
praecipitare iubent subiectisque urere flammis,  
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.  
scinditur incertum studia in contraria vulgus.

## Vocabulary

arx  
miser  
uterus



## Lesson XXXIV

## AENEID BOOK II, LINES 40 -80; 108 -198

*"I Fear Greeks..."*

Primus ibi ante omnis magna comitante caterva	40
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,	
et procul 'o miseri, quae tanta insania, cives?	
creditis auctos hostis? aut ulla putatis	
dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?	
aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,	45
aut haec in nostros fabricata est machina muros,	
inspectura domos venturaque desuper urbi,	
aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri.	
quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.'	
sic fatus validis ingentem viribus hastam	50
in latus inque feri curvam compagibus alvum	
contorsit. stetit illa tremens, utroque recusso	
insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.	
et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,	
impulerat ferro Argolicas foedare latebras,	55
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.	

*A Greek is Discovered*

Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum	
pastores magno ad regem clamore trahebant	
Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,	
hoc ipsum ut strueret Troiamque aperiret Achivis,	60
obtulerat, fidens animi atque in utrumque paratus,	
seu versare dolos seu certae occumbere morti.	
undique visendi studio Troiana iuventus	
circumfusa ruit certantque inludere capto.	
accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno	65
disce omnis.	
namque ut conspectu in medio turbatus, inermis,	
constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit:	

'heu, quae me tellus' inquit 'quae me aequora possunt  
 accipere? aut quid iam misero mihi denique restat, 70  
 cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi  
 Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt?'  
 quo gemitu conversi animi compressus et omnis  
 impetus. hortamur fari quo sanguine cretus,  
 quidve ferat; memoret quae sit fiducia capto. 75  
 ille haec deposita tandem formidine fatur:  
 'Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque, fatebor  
 vera,' inquit; 'neque me Argolica de gente negabo;  
 hoc primum; nec, si miserum fortuna Sinonem  
 finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. 80

### *Sinon's Story*

*Sinon explains that he was a friend of Ulysses' enemy Palamedes, and that Ulysses was plotting against him because he knew of Ulysses' role in the death of Palamedes. He then tells how he came to be left behind...*

'Saepe fugam Danai Troia cupiere relicta  
 moliri et longo fessi discedere bello;  
 fecissentque utinam! saepe illos aspera ponti 110  
 interclusit hiems et terruit Auster euntis.  
 praecipue cum iam hic trabibus contextus acernis  
 staret equus toto sonuerunt aethere nimbi.  
 suspensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi  
 mittimus, isque adytis haec tristia dicta reportat: 115  
 "sanguine placastis ventos et virgine caesa,  
 cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras:  
 sanguine quaerendi reditus animaque litandum  
 Argolica." vulgi quae vox ut venit ad auris,  
 obstipuerunt animi gelidusque per ima cucurrit 120  
 ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.  
 hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu  
 protrahit in medios; quae sint ea numina divum  
 flagitat. et mihi iam multi crudela canebant

artificis scelus, et taciti ventura videbant. 125  
 bis quinos silet ille dies tectusque recusat  
 prodere voce sua quemquam aut opponere morti.  
 vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,  
 composito rumpit vocem et me destinat arae.  
 adsensere omnes et, quae sibi quisque timebat, 130  
 unius in miseri exitium conversa tulere.  
 iamque dies infanda aderat; mihi sacra parari  
 et salsae fruges et circum tempora vittae.  
 eripui, fateor, leto me et vincula rupi,  
 limosoque lacu per noctem obscurus in ulva 135  
 delitui dum vela darent, si forte dedissent.  
 nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi,  
 nec dulcis natos exoptatumque parentem,  
 quos illi fors et poenas ob nostra reposcent  
 effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt. 140  
 quod te per superos et conscia numina veri,  
 per si qua est quae restet adhuc mortalibus usquam  
 intemerata fides, oro, miserere laborum  
 tantorum, miserere animi non digna ferentis.'

*Priam Asks the Purpose of the Horse*

His lacrimis vitam damus et miserescimus ultro. 145  
 ipse viro primus manicas atque arta levare  
 vincla iubet Priamus dictisque ita fatur amicis:  
 'quisquis es (amissos hinc iam obliviscere Graios)  
 noster eris; mihi que haec edissere vera roganti:  
 quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor? 150  
 quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?'  
 dixerat. ille dolis instructus et arte Pelasga  
 sustulit exutas vinclis ad sidera palmas;  
 'vos aeterni ignes, et non violabile vestrum  
 testor numen,' ait, 'vos arae ensesque nefandi, 155  
 quos fugit, vittaeque deum, quas hostia gessi:  
 fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,  
 fas odisse viros atque omnia ferre sub auras,

si qua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis.  
 tu modo promissis maneat servataque serves 160  
 Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.  
 omnis spes Danaum et coepti fiducia belli  
 Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo  
 Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes  
 fatale adgressi sacro avellere templo 165  
 Palladium caesis summae custodibus arcis  
 corripuere sacram effigiem manibusque cruentis  
 virgineas ausi divae contingere vittas:  
 ex illo fluere ac retro sublapsa referri  
 spes Danaum, fractae vires, aversa dea mens. 170  
 nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstros.  
 vix positum castris simulacrum: arsere coruscae  
 luminibus flammae arrectis, salsusque per artus  
 sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu)  
 emicuit parmamque ferens hastamque trementem. 175  
 extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,  
 nec posse Argolicis excindi Pergama telis  
 omina ni repetant Argis numenque reducant  
 quod pelago et curvis secum avexere carinis.  
 et nunc quod patrias vento petiere Mycenae, 180  
 arma deosque parant comites pelagoque remenso  
 improvisi aderunt. ita digerit omina Calchas.  
 hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso  
 effigiem statuere, nefas quae triste piaret.  
 hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185  
 roboribus textis caeloque educere iussit,  
 ne recipi portis aut duci in moenia posset,  
 neu populum antiqua sub religione tueri.  
 nam si vestra manus violasset dona Minervae,  
 tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum 190  
 convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;  
 sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,  
 ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello  
 venturum et nostros ea fata manere nepotes.'

Talibus insidiis periurique arte Sinonis  
credita res, captique dolis lacrimisque coactis  
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,  
non anni domuere decem, non mille carinae.

## Vocabulary

sacer  
carina  
manes  
molis  
vitta

## Lesson XXXV

**AENEID BOOK II, LINES 199-297; 370-401; 499-563;721-795***The Death of Laocoon*

Hic aliud maius miseris multoque tremendum obicitur magis atque improvida pectora turbat.	200
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos, sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras. ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta (horresco referens) immensis orbibus angues incumbunt pelago pariterque ad litora tendunt;	205
pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque sanguineae superant undas; pars cetera pontum pone legit sinuatque immensa volumine terga. fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant ardentisque oculos suffecti sanguine et igni	210
sibila lambebant linguis vibrantibus ora. diffugimus visu exsanguis. illi agmine certo Laocoonta petunt; et primum parva duorum corpora natorum serpens amplexus uterque implicat et miseros morsu depascitur artus;	215
post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem corripiunt spirisque ligant ingentibus; et iam bis medium amplexi, bis collo squamea circum terga dati superant capite et cervicibus altis. ille simul manibus tendit divellere nodos	220
perfusus sanie vittas atroque veneno, clamores simul horrendos ad sidera tollit: qualis mugitus, fugit cum saucius aram taurus et incertam excussit cervice securim.	225
at gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem, sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur. tum vero tremefacta novus per pectora cunctis insinuat pavor, et scelus expendisse merentem	

Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspede robur 230  
laeserit et tergo sceleratam intors'erit hastam.  
ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae  
numina conclamant.

*The Horse is Brought into the City*

dividimus muros et moenia pandimus urbis.  
accingunt omnes operi pedibusque rotarum 235  
subiciunt lapsus, et stuppea vincula collo  
intendunt: scandit fatalis machina muros  
feta armis. pueri circum innuptaeque puellae  
sacra canunt funemque manu contingere gaudent:  
illa subit mediaeque minans inlabitur urbi. 240  
o patria, o divum domus Ilium et incluta bello  
moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae  
substitit atque utero sonitum quater arma dedere;  
instamus tamen immemores caecique furore  
et monstrum infelix sacrata sistimus arce. 245  
tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris  
ora dei iussu non unquam credita Teucris.  
nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset  
ille dies, festa velamus fronde per urbem.

*Sinon Releases the Greeks*

Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox 250  
involvens umbra magna terramque polumque  
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teuceri  
conticuere; sopor fessos complectitur artus.  
et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat  
a Tenedo tacitae per amica silentia lunae 255  
litora nota petens, flammis cum regia puppis  
extulerat, fatisque deum defensus iniquis  
inclusos utero Danaos et pinea furtim  
laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras  
reddit equus, laetique cavo se robore promunt 260  
Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Vlives,

demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque  
 Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon  
 et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos. 265  
 invadunt urbem somno vinoque sepultam;  
 caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis  
 accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

*Hector Appears to Aeneas in a Dream*

Tempus erat quo prima quies mortalibus aegris  
 incipit et dono divum gratissima serpit. 270  
 in somnis, ecce, ante oculos maestissimus Hector  
 visus adesse mihi largosque effundere fletus,  
 raptatus bigis ut quondam, aterque cruento  
 pulvere perque pedes traiectus lora tumentis.  
 ei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo  
 Hectore quo redit exuvias indutus Achilli, 275  
 vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis;  
 squalentem barbam et concretos sanguine crinis  
 vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros  
 accepit patrios. ultro flens ipse videbar  
 compellare virum et maestas expromere voces: 280  
 ‘o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,  
 quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris  
 expectate venis? ut te post multa tuorum  
 funera, post varios hominumque urbisque labores 285  
 defessi aspicimus! quae causa indigna serenos  
 foedavit vultus? aut cur haec vulnera cerno?’  
 ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,  
 sed graviter gemitus imo de pectore ducens,  
 ‘heu fuge, nate dea, teque his’ ait ‘eripe flammis.  
 hostis habet muros; ruit alto a culmine Troia. 290  
 sat patriae Priamoque datum: si Pergama dextra  
 defendi possent, etiam hac defensa fuissent.  
 sacra suosque tibi commendat Troia penatis;  
 hos cape fatorum comites, his moenia quaere  
 magna, pererrato statues quae denique ponto.’ 295  
 sic ait manibus vittas Vestamque potentem  
 aeternumque adytis effert penetralibus ignem.



*Aeneas Begins the Fight*

*Aeneas arms himself and rushes out to assemble what Trojans he can find for a doomed attempt to save the city. They encounter the Greek Androgeos, who fatally mistakes Aeneas and company for Greeks.*

Primus se Danaum magna comitante caterva	370
Androgeos offert nobis, socia agmina credens	
inscius, atque ultro verbis compellat amicis:	
'festinate, viri! nam quae tam sera moratur	
segnities? alii rapiunt incensa feruntque	
Pergama: vos celsis nunc primum a navibus itis?'	375
dixit, et extemplo (neque enim responsa dabantur	
fida satis) sensit medios delapsus in hostis.	
obstupuit retroque pedem cum voce repressit.	
improvisum aspris veluti qui sentibus anguem	
pressit humi nitens trepidusque repente refugit	380
attollentem iras et caerulea colla tumentem,	
haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.	
inruimus densis et circumfundimur armis,	
ignarosque loci passim et formidine captos	
sternimus. aspirat primo Fortuna labori.	385
atque hic successu exsultans animisque Coroebus	
'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis	
monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur:	
mutemus clipeos Danaumque insignia nobis	
aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat?'	390
arma dabunt ipsi.' sic fatus deinde comantem	
Androgeo galeam clipeique insigne decorum	
induitur laterique Argivum accommodat ensem.	
hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus	
laeta facit: spoliis se quisque recentibus armat.	395
vadimus immixti Danais haud numine nostro	
multaque per caecam congressi proelia noctem	
conserimus, multos Danaum demittimus Orco.	
diffugiunt alii ad navis et litora cursu	

fida petunt; pars ingentem formidine turpi  
scandunt rursus equum et nota conduntur in alvo. 400

*The Death of Priam*

*In spite of Aeneas' efforts the Greeks are overrunning the city,  
and Aeneas watches helplessly as Neoptolemus, the son of  
Achilles, breaks into the Palace of King Priam.*

cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furem  
caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas, 500  
vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras  
sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis.  
quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum,  
barbarico postes auro spoliisque superbi  
procubuere; tenent Danaï qua deficit ignis. 505  
Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.  
urbis uti captae casum convulsaque vidit  
limina tectorum et medium in penetralibus hostem,  
arma diu senior desueta trementibus aevo  
circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum 510  
cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.  
aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe  
ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus  
incumbens arae atque umbra complexa penatis.  
hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum, 515  
praecipites atra ceu tempestate columbae,  
condensae et divum amplexae simulacra sedebant.  
ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis  
ut vidit, 'quae mens tam dira, miserrime coniunx,  
impulit his cingi telis? aut quo ruis?' inquit. 520  
'non tali auxilio nec defensoribus istis  
tempus eget; non, si ipse meus nunc adforet Hector.  
huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,  
aut moriere simul.' sic ore effata recepit  
ad sese et sacra longaevum in sede locavit. 525

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,  
 unus natorum Priami, per tela, per hostis  
 porticibus longis fugit et vacua atria lustrat  
 saucius. illum ardens infesto vulnere Pyrrhus  
 insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta. 530  
 ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,  
 concidit ac multo vitam cum sanguine fudit.  
 hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,  
 non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit:  
 'at tibi pro scelere,' exclamat, 'pro talibus ausis 535  
 di, si qua est caelo pietas quae talia curet,  
 persolvant grates dignas et praemia reddant  
 debita, qui nati coram me cernere letum  
 fecisti et patrios foedasti funere vultus.  
 at non ille, satum quo te mentiris, Achilles 540  
 talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque  
 supplicis erubuit corpusque exsanguie sepulcro  
 reddidit Hectoreum meque in mea regna remisit.'  
 sic fatus senior telumque imbelle sine ictu  
 coniecit, rauco quod protinus aere repulsum, 545  
 et summo clipei nequiquam umbone pependit.  
 cui Pyrrhus: 'referes ergo haec et nuntius ibis  
 Pelidae genitori. illi mea tristia facta  
 degeneremque Neoptolemum narrare memento.  
 nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem 550  
 traxit et in multo lapsantem sanguine nati,  
 implicuitque comam laeva, dextraque coruscum  
 extulit ac lateri capulo tenuis abdidit ensem.  
 haec finis Priami fatorum, hic exitus illum  
 sorte tulit Troiam incensam et prolapsa videntem 555  
 Pergama, tot quondam populis terrisque superbum  
 regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus,  
 avulusumque umeris caput et sine nomine corpus.  
 At me tum primum saevus circumstetit horror.  
 obstipui; subiit cari genitoris imago, 560  
 ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi  
 vitam exhalantem; subiit deserta Creusa  
 et direpta domus et parvi casus Iuli.

*Escape from the City*

*Venus then appears to Aeneas and shows him that the city is doomed, since even the gods are fighting on the side of the Greeks. She orders him to flee and save whatever of his family and friends he can. Having rushed back home, Aeneas finds his family well, and he gets ready to lead them to safety. His crippled father Anchises, however, insists on remaining behind. Aeneas will not leave him, and considers seeking death in battle, until an omen persuades Anchises to leave. Aeneas places his father on his back, and prepares to lead his son and wife to the ships.*

haec fatus latos umeros subiectaque colla  
 veste super fulvique insternor pelle leonis,  
 succedoque oneri; dextrae se parvus Iulus  
 implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;  
 pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum, 725  
 et me, quem dudum non ulla iniecta movebant  
 tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,  
 nunc omnes terrent aerae, sonus excitat omnis  
 suspensum et pariter comitique onerique timentem.  
 iamque propinquabam portis omnemque videbar 730  
 evasisse viam, subito cum creber ad auris  
 visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram  
 prospiciens 'nate' exclamat 'fuge, nate; propinquant.  
 ardentis clipeos atque aera micantia cerno.'  
 hic mihi nescio quod trepido male numen amicum 735  
 confusam eripuit mentem. namque avia cursu  
 dum sequor et nota excedo regione viarum,  
 heu misero coniunx fatone erepta Creusa  
 substitit, erravitne via seu lassa resedit,  
 incertum; nec post oculis est reddita nostris. 740  
 nec prius amissam respexi animumve reflexi  
 quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam  
 venimus: hic demum collectis omnibus una  
 defuit, et comites natumque virumque fefellit.

quem non incusavi amens hominumque deorumque, 745  
aut quid in eversa vidi crudelius urbe?  
Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penatis  
commendo sociis et curva valle recondo;

*Aeneas Goes back into Troy to Seek Creusa*

ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis.  
stat casus renovare omnis omnemque reverti 750  
per Troiam et rursus caput obiectare periclis.  
principio muros obscuraque limina portae,  
qua gressum extuleram, repeto et vestigia retro  
observata sequor per noctem et lumine lustro:  
horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent. 755  
inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,  
me refero: inruerant Danai et tectum omne tenebant.  
ilicet ignis edax summa ad fastigia vento  
volvitur; exsuperant flammae, furit aestus ad auras.  
procedo et Priami sedes arcemque reviso: 760  
et iam porticibus vacuis Iunonis asylo  
custodes lecti Phoenix et dirus Vlixes  
praedam adservabant. huc undique Troia gaza  
incensis erepta adytis, mensaeque deorum  
crateresque auro solidi, captivaque vestis 765  
congeritur. pueri et pavidae longo ordine matres  
stant circum.  
ausus quin etiam voces iactare per umbram  
implevi clamore vias, maestusque Creusam  
nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi. 770

*Creusa's Ghost*

quaerenti et tectis urbis sine fine ruenti  
infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae  
visa mihi ante oculos et nota maior imago.  
obstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit.  
tum sic adfari et curas his demere dictis: 775  
'quid tantum insano iuvat indulgere dolori,

o dulcis coniunx? non haec sine numine divum  
 eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creusam  
 fas, aut ille sinit superi regnator Olympi.  
 longa tibi exsilia et vastum maris aequor arandum, 780  
 et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva  
 inter opima virum leni fluit agmine Thybris:  
 illic res laetae regnumque et regia coniunx  
 parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.  
 non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas 785  
 aspiciam aut Graeis servitum matribus ibo,  
 Dardanis et divae Veneris nurus;  
 sed me magna deum genetrix his detinet oris.  
 iamque vale et nati serva communis amorem.  
 haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem 790  
 dicere deseruit, tenuisque recessit in auras.  
 ter conatus ibi collo dare bracchia circum;  
 ter frustra comprehensa manus effugit imago,  
 par levibus ventis volucrique simillima somno.  
 sic demum socios consumpta nocte reviso. 795

**M E T E R**

## LATIN METER

### “Quantity” vs. “Quality”

The basic unit” of Latin verse, like English verse, is the syllable, and like English a Latin syllable consists of one and only one vowel sound, that is, only one vowel or diphthong. In most English verse (and most European verse since the Middle Ages) what matters most in scanning a meters metrical pattern is the natural stress or accent on the word - stressed syllables count as “long”, and unstressed syllables are called “short”.

In Latin (and ancient Greek) verse, however, it is not the stress which matters, but the “quantity” of each syllable, that is, the length of time it took to say each syllable. A long syllable was thought of as being sounded twice as long as a short. The longs and shorts in Latin poetry thus have nothing to do with the stress, or ictus, which remains where it would normally be in the word.

### Rules of “Quantity” or Length in Latin Poetry

There are two ways a syllable can be long in Latin - by its nature, and by its position. If neither one is in effect, then the syllable should be short.

### Long Syllables

#### A. “by nature”

1. long vowel - vowels which were normally pronounced long, marked in dictionaries (and in some texts) by a macron or long mark (“-”) over the vowel.
2. diphthong - two vowels pronounced as a single sound. All diphthongs are long - the following are usually diphthongs: **ae, au, ei, eu, oe, ui**

**NOTE :** there are some common exceptions -

- **ae** (“air”) is two syllables, the first long
- **eu** is occasionally two syllables as in *meus*
- **ui** in the perfect of some verbs is two syllables e.g., *timui*  
 (“I feared”) is three syllables

3. Usually when two vowels together do not form a diphthong, the first will be short, but again, there are exceptions.



### B. long “by position”

1. a vowel (or syllable) is long if it is followed by 2 or more consonants in a row, whether the consonants are all from the same word, or some or all of them begin the next word.
2. Exceptions:
  - a. *x* and *z* were pronounced as *cs* and *ds* respectively, so *x* and *z* each count as two consonants.
  - b. *qu* (and sometimes *gu*) were pronounced as one sound, so they always count as one consonant.
  - c. the following may count either as 1 or 2 consonants:
 

<i>cl</i>	<i>tl</i>	<i>pl</i>
<i>cr</i>	<i>tr</i>	<i>pr</i>
  - d. *i* and *u* are quite often consonants, even if normally pronounced as vowels, e.g. *-sonantia* may be pronounced (and scanned) as “*sonantya*” i.e., only 3 syllables; *tenuis* may be pronounced (and scanned) as “*tenvis*” i.e., only 2 syllables
  - e. *h* doesn’t count as a letter for the purposes of meter.
  - f. the final syllable of a line may always be marked the last syllable long.

### Verse Patterns

While the smallest unit possible in Latin verse is the syllable, the unit usually used to form lines and stanzas of poetry is the foot. A metrical foot is a pattern of long and short syllables (usually no more than 3 or 4) which is repeated to form the line. Some common feet are:

dactyl	_ ••
spondee	_ _

**NOTE :** Since one long theoretically equals two shorts, in some places, e.g., dactylic hexameter, one long can be substituted for two shorts. In rarer cases, two shorts can be used instead of one long. Therefore:

$$\text{a spondee ( _ _ ) [ 2 + 2 beats ] = a dactyl ( _ •• ) [ 2 + 1 + 1 ]}$$

## Dactylic Hexameter

**Verse Unit:** single line

**Pattern:** 6 dactyls ( \_ •• ) or spondees ( - - ) except:

a) the fifth foot is **usually** a dactyl

b) the last foot is either a dactyl without the last syllable ( \_ • ) or a spondee ( - - )

$$\begin{array}{cccccc} \_ \bullet \bullet & | & \_ \bullet \bullet & | & \_ \bullet \bullet & | & \_ \bullet \bullet & | & \_ \bullet \bullet & | & \_ - \\ (- -) & & (- -) & & (- -) & & (- -) & & (- -) & & (- -) \end{array}$$

**Example:** Ovid, *Metamorphoses*, I.313-14

Separat Aonios Aetaeis Phocis ab arvis,

$$- \bullet \bullet | - \bullet \bullet | - - | - - | - \bullet \bullet | - -$$

terra ferax, dum terra fuit, sed temporé in illo

$$- \bullet \bullet | - - | - \bullet \bullet | - - | - \bullet \bullet | - -$$

## Elision and Hiatus

When one word in a line of poetry ends with a vowel and the next word in the line begins with a vowel, the vowel ending the first word disappears (or elides) and the two words are run together. This is called *elision*. When elision does not occur where it should, it is called *hiatus*.

## Rules and Exceptions for Elision

1. vowel + *m* at the end of a word counts as vowel, and elides into a word beginning with a vowel.
2. *h* doesn't count as a letter, and you elide "across" it.
3. a long vowel or diphthong can elide into a short vowel, and then it counts as just one short.

**I N D E X**

# Index

## A

- ablative 10
  - absolute 60
  - comparison 60
  - function 11, 59
- accusative 10
  - extent 59
  - function 11, 59
- adverbs
  - comparative 52
  - formation 52
  - irregular 52
  - superlative 52

## C

- comparatives
  - declension 51
  - formation 51
  - irregular 52
- “cum” clauses 98

## D

- dative 10
  - double dative 56
  - function 11, 56
  - interest 56
  - possession 56
  - purpose 56
- declensions 10

## E

- eo 47

## F

- fearing clause 85

## G

- genitive 10
  - function 11, 55
  - objective 55
  - price 56

## I

- imperative
  - present
    - active 22
- indicative
  - future
    - active 22
  - future perfect
    - active 30
    - passive 30
- imperfect
  - active 21
  - passive 30
- past perfect
  - active 30
  - passive 30

perfect  
 active 29  
 present  
 active 20  
 indirect command 94  
 indirect question 94  
 indirect statement 93  
 infinitive  
 perfect 30  
 present  
 active 22  
 passive 22  
 subjects of 68  
 tenses 69  
 uses 68

**L**

locative  
 function 60

**M**

malo 48

**N**

nolo 48  
 nominative 10  
 function 11, 55

**P**

participle  
 declension 34  
 forming 34  
 future passive  
 gerund/gerundive 72  
 passive periphrastic 72  
 overview 34  
 perfect  
 passive 29  
 tenses 65  
 uses 65  
 perfect  
 stem 29  
 possum 44  
 pronouns  
 demonstrative 15  
 indefinite  
 'aliquis' 26  
 'quidam' 26  
 uses 75  
 intensive 15  
 uses 75  
 interrogative 25  
 personal 15  
 uses 75  
 possessive adjectives 75  
 reflexive 15  
 uses 75  
 relative 25  
 purpose clause 84  
 purpose expressions 101

**R**

relative clauses  
  agreement 90  
  characteristic 90  
  in indirect statement 90  
  purpose 90  
result clause 84

**S**

subjunctive  
  imperfect  
    active 40  
    passive 40  
  past perfect  
    active 43  
    passive 43  
  perfect  
    active 43  
    passive 43  
  potential/unreal 81  
  present  
    active 39  
    passive 40  
  volitive 81  
sum 43  
superlatives  
  formation 51  
  irregular 52

**T**

tenses  
  sequence of 84  
  uses 78

**V**

volo 48

